

Samuel Bol
qu. 17. c.

1161.

+ +

7. 10.) ff. de crimine lese majestatis
11.) ff. de damnabili extra matrimonium cohabitatione
12.) ff. de eode hominis
13.) ff. de incendiis vi publica et crimine falsi
14.) ff. de crimine repetundarum ff.
15. et 16.) ff. de judiciis criminali
17.) ff. de assessoribus judicii Co.
18.) ff. de procuratoribus et advocatis Jud. Crim.

hypothesen

	Præter	Ref.
1. de ratione eorum iure	Caspr. Fieglery	Aug. Salsus.
2. de gurgu et graduatione cre- ditorum	Wils. Zylery	Balth. Benj. Juring.
3. de purgave saxonica	Joad. Kergerg	Franc. Henr. Hiltbid.
4. de iure pistorum in integri sexui femineo et puresomni et Saxon pudente	W. Theod. Martini	Adam Lud. Jacobi.
5. de iure peculiarior filiorumfam.	Mys. Frid. Lejery	Jo. Joad. Kergerg
6. de dno revocabili	Andr. N. N. N.	Franc. Wika C. J. J.
7. de pacto archiepiscoporum	Nic. Thider. J. J.	Andr. Benningery.
8. de iure ad gnt. Imp. Thod. J. J. in pto. C. de futuris pro parte	Andr. J. J.	
9. Collegium Criminales	Wern. Thod. J. J.	
10. de iustitione Crim.	idem	Joh. J. J.
11. de transiptione actorum	idem	Joh. Gabriel C. J.
12. de carceribus usque et abusu	idem	Andr. J. J.
13. de iuramentis	Joad. Kergerg	Joh. Bapt. J. J.
14. de pacto retrocessionis	Wils. Zylery	Joh. Joad. Kergerg.
15. de iuramentis	idem	Sam. J. J.
16. de iuramentis	Caspr. Fieglery	Paul. J. J.
17. de iuramentis	Wils. Zylery	J. Frid. J. J.
18. de iuramentis in gnt. J. J. emphionis pte. pte. rei emte ante hant. emte. J. J.	Joad. Kergerg	Andr. J. J.
19. de iuramentis p. nuncupati open facto	idem	Frid. Frid. Kolbe.
20. de iuramentis iudiciorum pasiva ecclis. indulta	Georg. Mel. Thilo	Jo. J. J.
21. de iuramentis	Caspr. Fieglery	Joh. J. J.
22. de iuramentis censuales	Wils. Zylery	Paul. Conrad. J. J.

32.	de iure feriarum	Mid. Frid. Lederer	Herr. Brd. Hoffm.
33.	de ortu & progressu juris civilis	W. Theod. Hartm.	Herr. Carlthymig
34.	de senectute	idem	W. Brd. Rademacher
35.	de iure quinquennialium	M. Frid. Lederer	W. Herr. Hoffm.
36.	de vicariis Rom. Sen. Dign.	Jacob. Noyes	Mid. Hoffm.
37.	de fructibus	M. Frid. Lederer	Jo. Siegm. Thomm.
38.	de iure mercatorum	Jacob. Noyes	Cap. Arnold Gruniger
39.	de rege Romanorum	Christoph. Hoffm.	Jo. Jacob. Hoffm.
40.	utrum quis sine violentis manibus inferre possit?	Gedofr. Hoffm.	David Willib. Gabelow
41.	de conditione causa data, causa non secuta	idem	Aug. Baumig Hoffm.
42.	de Romanis etiam infra	idem	Jo. Georg. Hoffm.

D
JC
TIC
JUR



10

Q. D. B. V.

COLLEGII CRIMINALIS PUBLICI

DISSERTATIO SECUNDA

De

CRIMINE LÆSÆ

MAJESTATIS DIVINÆ

ET HUMANÆ.

Quam

Magnifici Jctorum Ordinis permissu

In

ACADEMIA VVITTENBERGENSI,

PRÆSIDE

Viro Nobilissimo Excellentissimo, & Consultissimo

DN. WERNERO THEODORO MARTINI,

J. U. D. & PAND. P. P. CELEBERRIMO, CONSI-

LIARIO ELECT. SAXON., CURIÆ ELECT. CONSI-

STORII ECCLESIAST., FACULT. ET SCABIN.

ASSESSORE GRAVISSIMO, p. t. DECANO

SPECTABILI.

Fautore & Promotore studiorum suorum obsequioso cultu

deuenerando.

Publico examini sistit

JOHANNES GEORGIUS PFUG/

Eqv. Misn.

In Auditorio Jctorum.

ad d. Jan.

WITTEBERGÆ, LITERIS MICHAELIS WENDT / Anno 1666.



Sic perge, ut pergis, Mi PFLUGI, nobilem
Artibus hanc laudem, quam stemmata clara de-
derunt
Lumen eris Patriæ, splendorq; decusq; Tuorum.

*Generoso & Nobilissimo DN. RESPONDENTI,
Convictori suo favissimo, mente manuq; scribeb.
cum prolixissimo voto*

W. Theodorus Martini, D. P. P.

Nobile Te, PFLUGI, commendat stemma Parentum,
Misnia quod passim tollit ad astra poli.
Virtutem propriam patrum virtutibus addis,
Stemmaq; suffulcis nobilitate novâ.
Scandis enim nostras cathedras, loquerisq; paratus,
Offert discendi quæ tua docta Thesis.
Vive diu, PFLUGI, generis clarissima stella,
Atq; juva patriam Leucoreamq; scholam!

Michael Wendelerus, D. & P. P.

DE Majestatis differtas crimine læsæ:
Dignum opus ingenii nobilitate tui.
Dedignatur enim viles mens entheæ curas
Mensuramq; libens consulit ipsa suam

Jam

Jampro principibus certamina publica tentas,
Et calami stringis gnaviter arma tui.
Gramine lactescens primo jam prodita virtus
Quos olim flores & quot adulta dabit?
Scilicet exacuunt exempla domestica mentem,
Necte deficiunt quos imiteris avos.
Est PFLUGIIS gentilis amor favisse Camænis
Ut solida possint nobilitate frui.
Gratulor his animis, & toto pectore lætor
Quando animo subeunt omina tanta meo.

*Hiscæ conatibus egregiis Nobilissimi Domini Contu-
bernalis ad plaudebat*

Philippus Adolphus Schmidt!





I. N. D. N. J. C.

DISSERTATIO CRIMINALIS SECUNDA

De

CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS DIVINÆ ET HU-

MANÆ.

RESPONDENTE

JOHANNÉ GEORGIO Pflug/

Eqv. Misn.

CAPUT PRIMUM

SECT. I.

SUMMARI A.

- | | |
|--|--|
| <i>1. Connexio & dispositio.</i> | <i>4. Majus Crimen læsæ Majestatis divinæ quam humanæ.</i> |
| <i>2. Atrocitas Criminis læsæ majestatis.</i> | <i>5. Ordo doctrinæ præferitur dignitati.</i> |
| <i>3. Execrandissimum Crimen L. M. multa alia trahens.</i> | |

Pæmissis in DISSERTATIONE prima tractatione brevique delibatione materiæ de DELICTIS in Genere, nec non Privatis Delictis eorumq; speciebus singulis, ad ea delicta ordine progredimur, quæ PUBLICORUM dicuntur JUDICIORUM.

Et hæc quidem unde à Romanis nomen sortita sint, & quanam Delictorum Privatorum & Publicorum species, cum Dissertatione præcedenti *cap. 2. sect. 1.* jam dum sit pro instituti nostri ratione satis declaratum, animus etiam

H

iam



iam sit. *De publicorum Judiciorum constitutione, Accusatione, Inquisitione, Questionibus, Torturis, Captura & aliis*, quæ ad processum Criminalem spectant, ultimâ opusculi nostri parte dicere, viâ regiâ missisq; ambagibus eâ serie, qua LL. Romanis nobis proponuntur, singulas Judiciorum Publicorum partes accedimus.

- 2 Et inter illas primaria & prima sedes non immerito tributa est Crimini Læsa Majestatis Divinæ & Humanæ, tum ratione dignitatis ejus, in quem committitur, qui Deus est, vel ejus vices in his terris gerens Homo à Deo secundus & solo eo minor, tum etiam gravitate & totius Reip. ni mature occurratur, pernicie. *Anton. Cont. Comment. ad Jul. Majestatis. l. 1. n. 1. pag. 3. Tertullia. lib. ad Scap. Cbrystof. hom. 2. ad Prim. Antioch.* In religiosâ enim Majestatis divinæ veneratione & salute Imperatoris & Imperii ejusq; incolumitate cum totius orbis tranquillitas requiescat, in contemptu autem Numinis divini & Orthodoxæ religionis, nec non morte & perturbatione Principis Reipublicæ & Ecclesiæ salus periclitetur, non frustrâ quis omnium scelerum execrandissimum Crimen Læsa Majestatis jure meritoq; dixerit, quod ambitu suo multa & infinita alia complectitur facinora *Parricidium Crimen falsi, Proditionis &c.* ut multis ostendit *Tiberius Decianus tractat. Criminali lib. 7. cap. 37. n. 1.* Verum enim vero! Cum Majestas duplex sit, alia Divina, alia Humana, c. duo sunt q. distinct. *authent. Gazaros C. de heret. sive alia æterna, alia temporalis Henric. Bocerus tract. de crimine L. M. cap. 1. n. 2. in* duos quasi ramos hoc Crimen se dilatare videtur, Læsa & violatæ Majestatis *divinæ & humane*, quorum illud tanto majus est, quanto major Deus est Imperatore *Hiero. Gigas in tract. de Crim. læsæ Majest. lib. 3. sub tit. d. plur. & variis quest.* ideoq; & nos separatis Capitibus, De hiscè Criminibus agemus: eorumq; affinibus & in-

& inde dependentibus delictis, & cum jure quidem Civili Romano *ναὶ ἐξοχῆν* Humanæ Majestatis læsæ crimen dicatur, commissum ab iis qui contra Imperatorem vel Rempubl. aliquid moliti sunt §. 3. *Publica a. Instit. de publ. Judic.* & de eo quoq; loqui saltem videatur *t. t. ff. C. Ad L. M.* nullâ mentione factâ Criminis læsæ Majestatis Divinæ. Quæ ratione motus *Anton. Matthe. tract. de Crim. ad lib. 48. tit. 2. n. 2.* putat rejiciendam hanc esse plane tractationem de crimine læsæ Majestatis divinæ, cum Lex Julia Majestatis de eo negry quidem habeat, nec quamcunque læsionem numinis divini crimen esse læsæ Majestatis, sed Apostasiam, hæresin &c. crimina esse publica non pertinentia ad Legem Juliam. Nihilominus tamen non peccare videntur multum, qui circa hunc Titulum & locum Juris etiam de crimine Læsæ Majestatis Divinæ tractant, uti hoc passim, Criminalistæ, Tiberius Decianus, Ægidius Bossius, Jodocus Damhauderus & novissime Carpzovius noster, in Practicis suis Criminalibus libris non *αὐτὸς ὁδῶς* profusus fecerunt. Quorum & nos ductum sequemur, sed interim missâ dignitatis prærogativâ, cum Imperatore Justiniano, primo loco dicentes de Crimine Læsæ Majestatis Humanæ, cum certum sit Majestatis crimine in jure nostro tam civili quam Canonico plerumq; temporalis vel humanæ Majestatis crimen significari, *Bocer. de crim. L. M. c. 1. n. 3. C. 4.* & quia revera Majestas divina est & læsa dicitur blasphemîâ, hæresi & aliis Criminibus, ideo tanquã opportuno loco postea divinæ læsæ majestatis crimina adjungemus, moti & illa ratione, quod multa ex hâc juris Civilis doctrina præmittenda faciant ad meliorem alterius quoque Criminis intellectum, & in multis æquiparentur, rejectâ subtili Interpretum Juris Civilis opinione quibus nil, nisi quod Leges Romanæ dicunt, sapit & delictio est.

SECTIO II.

De

CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS
HUMANÆ EJUSQUE DEFINITIONE
ET REQUISITIS.

SUMMARI A.

- | | |
|---|--|
| 1. Methodus. | 5. Regalia Majestati inbarentia. |
| 2. Definitio vera Majestatis. | 6. Duo Majestatis vere requisita. |
| 3. Majestas improprie sic dicta. | 7. Læsæ & inimmuta Majestatis crimen idem est. |
| 4. Vera Majestas non in externo splendore sed potestatis summa exercitio consistit. | 8. Definitio Criminis L. M. |

1 **C**Rimen læsæ majestatis Humanæ primo loco discussuri, de illius (1) agemus Definitione & requisitis. (2) Divisione variisq; speciebus (3) De Personis, à quibus & in quas committatur (4) De Penis earumq; acerbitate & mitigatione.

2 Definire vel describere Jctus hoc Crimen commode nequit, nisi scholam consulat Politicorum & ab iis veram Majestatis addiscat naturam & essentiam. Verum ne falcem in alienam messem mittamus, nimium digladiando cum iis in hoc unice, quænam vera sit Majestatis definitio, descriptioni, more Jctorum, ad rem præsentem aliquali accommodatæ acquiescemus, & cum Cicero de Oratore Majestatem: *Summam* vocamus dignitatem amplitudinem & potestatem illius, qui neminem recognoscit in his terris superiorem, sive illa resideat apud omnes in Republica, verbi gratiâ apud Populum Romanum, sive apud optimos & plures, sive apud unum, Principem, Regem, Imperatorem. Nobis eni hic loci sermo non est de illâ Majestate seu magnitudine, quæ cujusq; rei dignitatem denotat & tribuitur etiam sensu

senſu latini idiomatis *ſenatui*, Hominibus *gravibus*, vel etiam rebus inanimatis, ut orationi, loco *Anton. Matthæi ad l. 48. ff. tit. 2. n. 1.* Sed de ſummâ illâ, quam tribuimus ei, qui Reip. præeſt. Et hanc quidem dignitatem & poteſtatem ſummam non in externo ſplendore ponimus & Titulorum magnitudine, ne picturam & umbram pro corpore vero oſtentemus, ſpeciem externam pro veritate, uti latius deducunt *Tholoſanus lib. 8. de Rep. c. 3. Henning. Arnif. de Maj. cap. 1. Bodin. de Rep. lib. 1. Lips. lib. 2. pol. c. 16. Beſold. lib. 1. Pol. c. 2.* ſed in ipſâ reali ſuperioritatis & ſummæ poteſtatis poſſeſſione majorumq; regalium uti vocant *exercitio.*

Quæ regalia adeò iis qui ſummum in Rep. obtinent 4
locum inſunt ut ipſa vocentur Jura Majeſtatis *Arnif. de Jure Majeſt. lib. 2. c. 1. n. 7.* Jura Imperii *Livius lib. 2.* Sacra Regni *Tacitus.* Quod tamen de majoribus, non iis, quæ ſiſci dicuntur, intelligendum, in quibus potiffimum ſuprema poteſtas dignitas & eminentia Principis elucet, & vocantur talia reſervata & jura ad ſalutem & decus Reip. tuendum competentia. *Regn. Sixt. de Regal. lib. 1. cap. 1. n. 14. Conrad. & Benediſtus Fratres Carpzovii in diſputatione ſua inaugurali de Regalibus hic Witteberge Anno 1619. habitâ th. 5. & ſeqq.* Qualia ſunt jus Creandi Reges, Electores, Archiduces, Duces, Principes, & alias dignitatum prærogativas concedendi, Jus Conſtituendi Magiſtratum, legitimandi, veniam ætatis tribuendi, erigendi Academies, bella gerendi, & quæ alia ſunt jura Majeſtatis vel regalia de quibus varia extant Politicorum & Doſtorum Juris publici egregia ſcripta & monumenta, & in quibus explicandis hæctenus ingenioſè & non ſine inſigni fructu ſtudioſa juvenutis aliquot diſputationibus publicis laboravit & occupatus adhuc eſt, *Dn. D. Caſpar. Zieglerus Ordinarius & Collega noſter honoratiſſimus.* Ut nimirum ad id, unde pau- 6
lulum

lulum digressi sumus, revertamur, Majestas tandem in duobus consistere videtur (1) in superioritate & magnitudine unde à Bodino Politicorum non in omnibus pessimo *lib. 1. de Republ. c. 8.* recte describitur, *summa in Civis ac subditos legibus q̄ soluta potestas*, quibus alii recte addunt vocabulum: *Perpetua Tob. Paurmeist. de Jurisd. Imperat. Rom. cap. 4. num. 22. Henr. Arnif. lib. 1. de Majest. cap. 1. § 3.* & hæc magnitudo illa esse debet, quæ nemini nisi Deo est subjecta in his terris. (2) In ipso exercitio Jurium Majestatis; ut Majestatem habens libere possit administrare Rempubl. nec bene placitum alterius expectare cogatur, sed dicta illa regalia & jura majestatis sine vinculo LL. libere exercere, imo aliis etiam communicare possit, instar luminis, quod alteri sine suo detrimento lucem dare potest, ut fallantur & fallantii, qui putant Principem, vel eum, qui jura majestatis habet, in præmiū ea accipere, non jure proprio exercere, cum impossibile sit, Majestatem sine Regalibus esse posse, quamvis bene regalia quis ex concessione Principis exercere queat, qui Majestatem non habet, vide de his plura apud *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 1. c. 10.* Receptu Imperii de anno 76. § *dadurch dann/ubi vocantur Keyserliche reservaten add. Novel. 149. §. ac sane, Bened. Carpz. Pract. Crim. par. 2. q. 41., nec non tractatu ad L. Regiam.* Præmissa sic descriptione & requisitis veræ Majestatis, jam ad ipsum Crimen Læsæ Majestatis ejusq; descriptionem nos convertimus. Ubi Præliminariter monemus, parum vel nihil ab invicem differre: num imminuere vel lædere Majestatem dicamus, cum usu promiscue vocabulum idem sit, sive crimen hoc imminuta vel læsæ appelles Majestatis. Sicut enim lædere: est in aliqua parte offendere, ita & minuere & imminuere, ut qui lædit imminuat, & viceversa, rejecta

Budei

Budæi antiquitatum perscrutatoris solertissimi subtili distinctione cum Tiberio Deciano lib. 7. cap. 2. num. 5. 6. & 7. Quemadmodum itaq; minuere vel lædere Majestatem est de dignitate & potestate Imperatoris aliquid detrahere vel derogare Cicero lib. 7. de invent.

Ita Crimen Læsæ Majestatis humanæ dicimus esse lesionem vel imminutionem summa legibusq; solutæ potestatis. Alii latius vocant & describunt, *Delictum publicum factò vel consilio adversus suprema Reipubl. statum ejusve, qui ei præest Majestatem à subditis commissum, Petr. Theod. Collegio Crimin. Disp. 5. th. 1.* Qui ex LL. Romanis describunt ad statum specialiter accommodant Reip. Romanæ & vocant; Majestatis crimen, *Crimen Publicum* quo civis Romanus contra Imperatorem vel Pop. Romanum ejusve securitatem dolose aliquid molitur *Bocer. de Crim. L. Majest. cap. 1. n. 1.* Possemus hic multa de requisitis essentialibus hujus Criminis disferere, verumne Disputatio in commentarium degeneret, & ex sequentibus, quæ dicentur de Personis, quæ hoc crimen committunt, & in quas, & de variis pœnis hæc per se, ut speramus futura sint clariora statim ad varias hujus Delicti & Criminis transimus species & Divisiones.

SECTIO III.

De

VARIIS CRIMINIS LÆSÆ MAJESTATIS HUMANÆ SPECIEBUS ET MODIS QUIBUS COMMITTATUR.

SUMMARIA.

1. Ut morborum corporis, ita & Perduellionem & Crimen animi seu Criminum insignis L. M. simpliciter dictum. in eodem genere varietas. 5. Modi quibus læditur Majestas. 2. 3. 4. Divisio Juris Romani in 6. Deciani sententia. 7. Per-

7. Perduellio quid.
 8. Quomodo differat à Crimine L. M. simplicis.
 9. Affinitas Perduellionis Criminalis.
 10. Duo Capita L. Julia.
 11. & 13. Varia species simplicis Criminis L. M.
 12. Falsificatio monetæ species hujus Criminis L. M.
 14. Facta quadam ad hoc non trabenda sunt Crimen.
 15. Cautè procedendum in determinando hoc Crimine.
 16. Imperatores Romani nonnulli in conservanda Majestate nimis rigorosi fuerunt.
 17. Divisio Dd. in Crimen Perduellionis proprium & quasi.
 18. Quid sit quasi perduellionis Crimen.
 19. 20. Speciale Crimen M. L. quid & quotuplex.
 21. 22. 23. 24. Crimen L. M. aliud in facto consistit aliud maledictio, aliud omittendo fit, aliud solo conatu.

Quemadmodum morborum non saltem infinita sunt genera sed & species ipsæ uti febres sese latè in corpus humanum effundere solent diversissimis sæpe modis, ut nec nomina singulis morbis apta à Medicis inveniri queant, ita Morborum animi vitiorum & criminum delictorumq; innumeræ sunt diversæque species, ut omnibus & singulis eorum generibus nec modus nec certitudo inveniatur, nec Criminalista sæpe rei satis respondentem vocem habeant. Videmus id ipsam in Furto, cujus sub nomine diversissima latere crimina præcedente Dissertatione i. demonstravimus. Idem quoque merito asserendum est de Crimine læsæ Majestatis humanæ, de quo nobis impræsentiarum sermo est: Cujus tot sunt species, ut teste *Antbo. Matth. in tract. de Crim. ad lib. 48. ff. tit. 7. cap. 2.* nec in ordinem faciliè cogi possint, sed valde variant & anxie in digerendo laborent interpretes. Ne in scopulos hic impingamus, ex legibus Romanis primùm eas petemus brevi ordine, quæ in eis inveniuntur species,

cies, hæc addentes eas secundo loco, quas interpretes
 Juris ad certas classes redegerunt summâ operâ, quorum
 auctoritas nobis sancta videri debet. Prima itaq; & legi-
 bus Romanis fundata divisio hæc est, quod Crimen læsæ
 Majestatis humanæ vel sit PERDUELLIO, vel Crimen 2
 Læsæ Majestatis simplex. De Perduellione loqui videtur
 S. 3. *Publica. Inst. de Pub. Jud.* his verbis: *Publica autem judicia* 3
sunt: Lex Julia Majestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem
vel Rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Cu- 4
jus pœna anima amissionem sustinet & memoria Rei etiam post
mortem damnatur. Clarius hæc proponuntur & illustran-
 tur exemplis *l. 1. & 2. ff. ad L. Jul. Maj. & imprimis l. fin.* cujus
 hæc sunt verba. *Planè non quisquis legis Julia Majestatis reus*
est, in eadem conditione est, sed qui perduellionis reus est, hostili
animo adversus Remp. animatur; Caterum si quis ex alia causa
legis Julia Majestatis reus sit, mortis crimine liberatur; Ex qui-
bus perspicuè constat, aliud esse Perduellionis, aliud simp-
licis læsæ Majestatis Crimen & diversas horum duo-
rum Criminum pœnas. Duobus nempe modis Crimen 5
 læsæ Majestatis principaliter committi videmus ex alle-
 gatis legibus & textibus, quibus addi potest *l. 3. 4. & 6. ff. ad L. Jul.*
Majest. (1) Quando vel malis artibus, vel vi armata Impe-
 rium totum vel Imperator subverti & vitâ privari tenta-
 tur, & dicitur perduellio. (2) Quando dignitati Principis
 vel Consiliarium vel Reipubl. quovis alio modo quid
 detrahitur dicto vel facto quodam & Crimen dicitur læ-
 sæ majestatis simplex. *Tiberius Decianus tria capita format* 6
Criminis L. M. (1) quando imperium & Respubl. in uni-
 verso læditur, (2) Imperator aut ejus consilarii, (3) Magi-
 stratus *Tract. Crimin. lib. 7. cap. 6. n. 1.* Verum ad duo capita
 cum lege Julia hæc bene referri posse credimus. Quam-
 vis certum sit, quod crimina hæc duo Perduellionis

& Criminis læsæ Majestatis propter innumera sub iis fere contenta exempla magnam peperint confusionem *tam in libris Digestorum quam Codice teste Harprecht. ad titu. Instit. de Public. judiciis.* De singulis tamen & Perduellionis & Criminis L.M. simplicis speciebus nunc porrò est differendum.

7 Perduellionem itaque tanquam atrocius Crimen quod primo spectat, dictam nonnulli volunt à bello quasi Perduellum, id est, perfectum bellum ut Rebelles, vel Perduelles quasi contra Rempublicam vel Imperatorem bellum gerentes *l. quos nos ff. de P. S.* Et quos nos hostes vocamus, illos veteres Perduelles dixerunt, In quo distinguuntur à Piratis & latronibus, qui non totam Rempublicam, sed privata bona & personas privatas invadunt, ut etiam sunt privati inimici, vide plura *apud Budam in annot. ad l. 1. ff. ad L. Jul. Maj.*

Strictè igitur loquendo Perduellionis crimen est, propriè, quando quis hostili animo quidpiam directè in ipsam Rempubl. vel Imperium & ejus securitatem molitur *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj. Tiberius Decian. tract. Crim. lib. 7. cap. 6. n. 20.* Alio dicitur modo Rebellio sumptis armis, in ita vefactione adversus patriam vel Principem *Antho. Matthæus de Crim. ad Lib. ff. 48. tit. 1. cap. 2. n. 2.*

8 Hoc Crimen Perduellionis Hotomannus quatuor modis de Jure Romano à simplici Crimine L.M. dixit differre, Commentar. verbor. juris in verbo; perduelles (1) Perduellio totam Reip. summam petit, Exemplo Cassii aut Personam Principis delere studet. Majestatis Crimen pro parte. (2) Perduellio à Duumviris cognoscebatur, postea in Campo Martio Crimen L. M. apud Prætorem *Val. Max. lib. 6. cap. 5.* (3) illud crimen cruce, hoc exilio puniebatur (4) illius delicti memoria post mortem damnatur, hujus non *hult. ff. ad L. Jul. Majest.* Per

Pertinet nempe ad hoc Crimen porro *Conjuratio, factio, seditio, Proditio, inobedientia Principis, Regni affectatio, Conspiratio, Confœderatio pluriũ in Principem, cætus conventus, concilia illicita, Partialitates, Secta, Tumultus, Plebis conyocatio, acclamationes in tumultum injuriosa, Collegia Illicita, Coitiones Nocturnæ, de quibus omnibus & singulis accuratè vide scribentem Tiberium Decianum tract. Crim. lib. 7. cap. 7.*

Nimirum ut brevibus nos expediamus: Duo sunt L. 10 Julia de Crimine L. M. Capita. Primo capite punitur Crimen, quod adversus Populum Romanum vel ejus securitatem, id est salutem & tranquillitatem committitur & vocatur perduellio, id est rebellio sumptis armis in tate factione adversus Patriam vel Principem *Anton. Mat. de Crimin. ad Lib. ff. 48. tit. 2. cap. 2. n. 2.* & hujus perduellionis varia exempla recensentur *l. 1. ff. ad L. Jul. Maj. item 2. 3. & 4.*

Secundo autem Capite L. Julia illud quod simplex dicitur Crimen L. M. exprimitur quod levius est perduellione, quo non labefactatio Reip. sed læsio quædam dignitatis splendoris & existimationis fit. v. g. si quis non hostilia sit molitus sed Imperatori male dixerit *l. Unic. Cod. si quis Imperatori maled.* si quis statuas Principis violaverit vel imaginem, *l. 6. ff. ad L. Jul. Maj.* quod tamen limitatur in eo qui statuas reprobata conflaverit *§. ult. l. 4. ff. b. t.* vel verustate corruptas refecerit *l. 5. pr. ff. ibid.* vel qui fortuito jactato lapide incerto statuam tetigerit *§. 1. l. 5. ff. ad L. Jul. Maj.* uti nec ille crimen L. M. incurrere dicendus, qui imaginem Imperatoris nondum consecratam violat vel venditam *§. 2. dist. l. 5.*

Ad simplex hoc Crimen L. Majestatis caputque secundum non immerito quoque refertur *Falsificatio mone-*

2. quando moneta principis vel Imperatoris imagine in-
 signita adulteratur, cum nummi ut plurimum Principis
 sacro signentur vultu l. 2. C. de fals. monetis quamvis utroq;
 modo sive ratione formæ sive materiæ falsificatio mone-
 tæ contingere possit, imo secundum *Bocerum de Crim. læs. Maj. cap. 2. 77.* Moneta tribus modis adulteratur (1) si quis
 alterius monetæ suam imprimat imaginem (2) si ei vilius,
 quid immisceat (3) si quid ponderis detrahatur *Ordinat. Carol. art. iii.* de quibus suo loco ubi de pœna hujus crimi-
 nis agemus dicetur uberius; Nec obstat quod hoc cri-
 men potius ad crimen falsi, non violatæ Majestatis refe-
 rendum videatur *Hippol. de Marfil in l. qui falsam 19. ff. ad l. Cornel. de fals.* cum unum idemque crimen seu facinus di-
 versa consideratione ad diversa criminum genera & ti-
 tulos referri possit *Bocerus de Crim. Læs. Majest. cap. 2. num. 76.*
 ut pluribus in præcedenti disput. in genere, de delictis o-
 stendimus: & ita utrumq; subsistere potest, ut falsificatio
 monetæ ad Crimen læsæ M. referatur l. 2. C. de fals. monetis
in verb. In monetis etiam tantummodo nostris cudenda pecunie
studium frequentari volumus, cujus obnoxii Majestatis Crimen
committunt. Hieron. Gigas in tract. de Crim. Læsæ Majestatis lib. 1.
quest. 62. cum jus cudendi monetam Regalibus & Juribus
 Majestatis connumeretur & summum sit Principis pro-
 prium *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10.* Crimen autem falsi est,
 quatenus materia falsificatur aut forma adultera imponi-
 tur, vel quatenus etiam huic Crimini Læsæ Majestatis
 pœna falsi infligitur. *Tiber. Decia. tract. criminal. lib. 7. cap. 23.*
 33 *n. 26. Carpz. Pract. Crimin. part. 1. quest. 42. n. 12.* Ejusmodi Cri-
 men speciale committit L. M. porro is, qui sibi vindicat
 dolo malo Imperatoris titulum aut nomen & insignia
 Principis vel Magistratum gesserit *Bocerus de Crim. L. Maj.*
cap. 2. n. 71, nec non ille qui purpura usus fuerit aut veste
 holo-

holoferica, cum interesse debeat inter cultum Principis & privatorum, *l. penult. C. de vest. aures. & holof.* Item si quis privatum Carcerem exercuerit vexandi inimici potius quam invadendi imperii gratiā *l. 1. & 2. ff. & C. de privo Carce. inbib. vel confugientem ad SS. Ecclesiam abstraxerit l. 2. C. de his qui ad Eccles. Confug. Anton. Matth. de Crim. ad Lib. 48. tit. 2. Cap. 2. n. 22.*

Summā, quò propius crimen ad eversionem & turbationem Reipubl. summiq; Principis vergit, eo magis ad naturam perduellionis criminis accedere; & quo minus illud fieri censetur, longius ab eo abest & ad criminis potius naturam specialis L. M. est trahendum. Imo recte *Hemrico Bocero tractatu de Crimine L. M. cap. 2. n. 78.* dantur nonnulla facta, quæ speciem habent criminis Læsæ Majestatis, revera tamen ejusmodi non sunt. v. g. si Judex sententiam ferat dolose contra sacras constitutiones, vel pervenerationem, quod alii dicunt per Genium Principis *l. 2. de Rebus Cred.* Imperatoris jurat, juramentum autem non servat. Hæc etenim & alia extraordinaria potius sunt delicta, de quibus suo loco.

Ut omnino caute sit in Crimine L. M. declarando procedendum: & cum lubrica valde sint loca juris Civilis Romani & ancipitia, operam det Judex sedulo, ne crimen hoc in occasione favitiæ habeatur, sed in veritate. Nec stricta Majestatis conservatio in tyrannidem degeneret: Cum non ex metu & terrore, sed amore & clementia potius Principi reverentia sit concilianda. *Anton. Matth. de Crim. ad Lib. 48. tit. 2. cap. 2. n. 22.* Quid enim de se-
16
veris illis Romanorum Imperatorum exemplis & pœnis, quibus Majestatis reum judicaverunt ex levisimâ quâpiam causa sit sentiendum, non videtur aded esse dubium, dum *Svetonius in Tiberio* ait in Rep. Romanâ paulatim

eo rem procesisse ut hæc capitalia essent delicta: Circa Augusti simulacrum servum cæcidisse, vestem mutasse, vel annulo effigiem Augusti impressam latrinæ aut lupanari intulisse. Qui Svetonius una cum Tacito in Caligula cap. 27. multos honesti ordinis recenset deformatos, prius stigmatum notis ad metalla & munitiones viarum condemnatos, aut bestiarum more, quadrupedes cavea coercitos, aut media ferra dissectos & quidem levibus ex causis, utpote vel male de munere suo opinatos, vel quod nunquam per genium suum deierassent. Sicuti, Nero Imperator Casium Jctum jus sit interfici, quod in vetere gentili stemmate retineret imaginem Casij, Verbo: Romani Imperatores post Tiberium tot & tam leves species ad hanc legem Juliam retulere, ut solus defecisse videatur prætextus ad Crudelitatem, dum non solum facta, sed & dicta & carmina pœna hujus legis animadverterunt, secuti Tiberium, irritatum carminibus in ipsum matremq; Liviam factis. Panconianus enim Poëta ob carmina in Principem strangulatus est, uti quoq; sub Caracalla Poëta Abellanæ ob ambigui loci versiculum media Amphitatri arena igni Crematus, & Eques quidem Romanus feris objectus cum se innocentem proclamasset, reductus & abscissa lingua rursus inductus. Quæ & alia conservandæ majestatis remedia crudelissima leguntur apud Svetonium & Tacitum vide *Antonium Contium ad l. 6 ff. ad L. Juliam.*

Et tantum de Crimine Perduellionis læsæq; majestatis secundum Jus Romanum specialiter dicto.

17 Dd. & interpretes Juris Civilis ab hac dichotomia non multum recedere quidem videntur, sunt tamen, qui perduellionis Crimen in duplici sumunt differentia, quod nempe aliud sit propriè ita dictum, cum quis hostili

stili animo adversus Imperatorem vel Remp. Romanam quid molitur, Aliud Quasi Pereuersionis, quod similiter adversus Imperatorem contrahitur ac non directo sed in persona consiliarii, senatoris, Militum &c. *l. 5. ff. ad l. Jul. Heinr. Bocer. tract. de Crim. L. M. cap. 2. n. 9.* Et hoc Crimen 18; quasi perduellionis majus dicunt esse crimine L. M. speciali & quasi medium crimen inter perduellionem & Majestatis Crimen cum pœna ejus asperior sit, de qua sectione 4. hujus capituli. Nimirum damnatio memoriæ in perduellionis verò Crimine constituta est, non item in quasi perduellione in *l. quisquis C. ad L. Juliam*. Propius tamen ad perduellionem accedit quam ad Crimen L. M. *Bocerus d. l. n. 16.* Præter Perduellionis crimen propriè sic 19; dictum & quasi ergo vocant Crimen Majestatis speciale, cum quis Civis Romanus alio quam perduellis vel quasi perduellis animo in Imperatorem vel Populum Romanum quid dolose machinatur *lult. ff. ad L. Juliam*. nec hostili animo quid contra Remp. vel Imperatorem vel ejus Consiliarios tentat. Quod itidem committitur vel contra Imperatorem vel Populum Romanum huc referunt *l. 3. ff. ad L. Juliam* absque Imperatoris jussu bella gerere, delectum habere, exercitum comparare. Statuas lædere Principum, cum usus statuarum etiam apud Principes Christianos manserit, sed sine adorationis ambizioso fastidio *l. 3. C. de statu* vide *Henricum Bocerum de Crim. L. 5. Majestatis. cap. 2. num. 7. & seqq. Anton. Contium ad l. 5. & o. ff. ad L. Juliam Majest.*

Speciale Crimen Majestatis læsæ contra Populum Romanum, cum pro parte Resp. offenditur, de quibus & aliis Controversiis inter Hotomannum Decianum & Arnoldum ab Harfolte videri potest *Dn. Bocer. dict. loco num. 85.*

Ratio

- 21 Ratione causæ instrumentalis, alias quoque Crimen L. Majestatis dividunt in id, quod factocommittitur,
- 22 aliud quod maledicto. Quin imo dantur modi quibus Majestas Reip. Romanæ omittendo læditur v. gr. si quis Rector Provinciæ vel Capitaneus propugnaculi successorem non admittat vel exercitum successori non tradat: aut castrum cum possit non propugnet vel defendat. *l. 2. § 3. ff. ad L. Juliam.* Wann ein Commendant die Festungen so ihm anvertrauet ohne Ursache oder Zaghaftigkeit übergiebet/und gleichsam das Vaterland dadurch in des Feinds des Händ eüberantwortet. Cui non ab simile crimen est si quis hostem non ignoret & diu reticeat *l. 40. ff. de pœnis Hieron. Gigas. quest. 47. § 59.*
- 23 Denique Crimen L. M. vel per nosmetipsos vel alios committitur. v. c. si quis hostibus provinciæ nuntiū litterasve mittit signumq; dat informando eos contra Rempubl. vel Civitatem *l. 1. §. 1. ff. ad l. Juliam. Maj. vide Boccerum de Crimin. L. M. cap. 2. n. 119. § Hieron. Gigas. quest. 34. Quatuor § à quibus.*
- 24 Aded ut solo conatu & affectu etiam Crimen L. Majestatis committi possit de qua quæstione circa pœnam plura. *l. 5. C. ad l. Jul.*

Tantum de Divisione.

SECTIO IV.

De

PERSONIS, A QUIBUS CRIMEN L. M.
TEMPORALIS COMMITTI POSSIT.

SUMMARIÆ.

- | | |
|--|--|
| 1. Persona Crimen L. M. committentes SUBDITI sint. | immediatè tales, cives, Incolæ vel provinciales. |
| 2. Non refert num mediatè vel | 3. Non subditi, Advena, Peregrini, |

- grini, Peregrinantes, Crimen L. M. non committunt, Hostes hi sunt, non per duelles.
4. Jure Civili non nisi Crvis Romanus perpetrat hoc Crimen, non tamen Civitate honoris causâ donatus.
5. Fœderati non sunt Subditi.
6. Clerici aque ac Laici Crimen L. M. committunt in Imperatore & LL. determinata subjiuntur pœnz.
7. Vasalli, nisi simul sint subditi, Feloniam, non Crimen L. M. Committunt, nec nisi Feudo privantur.
8. Universitates & Civitates hoc Crimine notat & avatrum sepe sunt passæ.
9. Requisita ut Universitas hoc Crimine damnetur.

PERSONÆ in hoc Crimine L. M. aliæ consideranda sunt Committentes, aliæ in quas committitur. Quod illas priores attinet, in eo concors & unanims est omnium Dd. & Criminalistarum opinio, quod non nisi à Subditis Crimen L. M. temporalis perpetratur, iis nempe qui subjectionis & superioritatis ratione Principi, vel ei, qui summæ rerum præest, fidem, obsequium & reverentiam debent. *Petrus Theodoricus Colleg. Crim. disputatione 5. th. 5. lit. a. Clarus §. l. se. Maj.* Nec refert, num illi subditi sint mediatè vel immediatè tales, & vel in Rep. nati & naturâ tales, vel jure & in Civitatem recepti, vel bello subacti. Nec etiam, num illi subditi cives sint, id est, qui Civitatis communione gaudent, seu ex utroq; parente tales nati, seu assumpti juxta leges, Sive non cives, ut incolæ servi provinciales. *Anton. Matth. ad lib. 48. ff. tit. 2. c. 1. n. 7. Johannes Gæddens Disput. 16. De Publ. Judic. th. 4. lit. b. & c. Bartol. in l. hostes col. 3. ff. de Captivis & postlim. revers. Roland. à Valle conf. 88. n. 7. 8. & 9.* Hinc illi, qui nec mediatè nec immediatè subditi sunt, etiam in eum, qui plenissime Jus majestatis exercet in suos, adeoq; nec in ipsum Imperatorem, hoc Crimen dicun-

dicuntur committere, quales sunt Advenæ, quos Græci
ἀπένεες vocant, coloni advenientes *l. pupillus §. advena ff. de*
V. S. qui nondum pedem fixerunt, non magis, quam iter
 per regionem facientes, vel publici muneris, vel com-
 modi privati, vel animi & oblectationis gratiâ, qui si quid
 machinentur, non ut rei Majestatis, sed hostes vel Prodi-
 tores & exploratores puniuntur. *Anton. Matthæi de Crim.*
ad lib. 4 §. ff. tit. 2. cap. 1. n. 9. Clementina Pastoralis §. rursus de sen-
tent. & re judic. Ægidius Bossius de Crimin. L. M. n. 80. & 81. ubi
 pluribus ostendit neminem falsificantem monetam re-
 um esse læsæ majestatis, nisi falsificet eam monetam Prin-
 cipis, cujus subditus est, nec perduellionis crimen incur-
 rere posse, nisi subditos, cum hostes de qualibet gente
 esse possint, non autem perduelles, oder Verräther ihres
 Vaterlandes und ihrer Hohen Landes Obrigkeit *l. hostes ff. de*
Capt. & postlim. Alexander ad l. 1. ff. ad L. Juliam. Bartolus in ex-
travag. qui sunt rebelles Felin. in cap. 1. de officio deleg. Tiberius De-
 4 *cianus lib. 7. cap. 8. n. 5.* Si Leges consulamus Romanas, nemo
 Crimen L. M. committere dicitur, nisi Civis Romanus, id
 est, qui in orbe Romano Imperatori Romanorum vel
 Reip. Romanæ mediatè vel immediatè subditus est *l. in*
orbe 17. ff. de statu hominum l. sed si conditione 6. §. solumus ff. de
heredib. inst. Henricus Bocerus tract. de Crim. L. Majest. cap. 1. n. 14.
 Quod tamen non procedit de eo Cive Romano honora-
 rio, cui honoris causâ jus Civitatis erat concessum, quod
 honorandi causa non subjiciendi videtur factum *Anton.*
Matthæi. supra dict. loco n. 7. Extra leges Romanas verò à qui-
 busvis subditis hoc Crimen committitur in eos, qui
 Majestatem habent: & quibus juramento subjectionis
 sunt affecti. *Hieronimus Gigas de Crim. L. M. lib. 1. Rubric. qua-*
lit. & à quibus Crimen L. M. committitur. Ludovicus Carerius in
pract. Crim. tract. appel. in Crimin. casu n. 11. 12. 21. Jul. Clar. lib. 5.
 168

sentent. S. lafa majest. n. 6. & 7. Prosper. Farin. de indic. & tort. lib. 1. tit. 5. quest. 51. n. 79. Menoch. consil. 99. n. 16. 17. Petr. Greg. 35. Synt. ag. 5. n. 20. Gail. de pace Publ. 2. 13. n. 19. Quid autem sentiendum de Fœderatis vell Imperio Romano amicitia, vel alio fœderis nexu obligatis, qui comiter Imperatorem dicuntur & Imperium observare, licet alias exempti sint? Et confœderationem non inducere subjectionem verius est *Bocer. d. tract. cap. 1. n. 46. & seqq. vide de fœderatis Anton. Matth. de Lasa Majest. cap. 1. n. 5. & 6.*

Num autem Clerici, Papæ vel Episcopo subjecti propriumq; judicem habentes eundemque Ecclesiasticum, contra Imperatorem vel alium jura Majestatis habentem Regem aut Principem secularem hoc Crimen recte dicantur committere, & ob id pœnæ legitimæ possint subjici, non immeritò hic quaeritur? Quod si lis secundum Canones Pontificum esset decidenda, Negativæ locus esset, tum ob text. expressos Juris Canonici, quibus Clerici Jurisdictioni Judicis secularis eximuntur *c. si diligenti 12. de foro competente*, ut ne spontaneo quidem motu huic juri renunciare valeant pro se introducto, nec in Judicem laicum consentire *c. cum non ab homine 6. at si Clerici pr. de Jud.* tum etiam, quod hæc quaestio in terminis proposita jamdum sit negative decisa per *Clementinam pastoralis S. rursus de sentent. & re jud.* ubi Pontifex in eum, qui non subest Imperatori, male latam ab eodem Imperatore sententiam perduellionis declarat, ut Clericus laico Principi insidiatus hoc Crimine non teneatur, quod Laicorum imperio sit exemptus *Zæsius in ff. ad L. Juliam Maj. n. 9.*

Et hanc sententiam negativam Pontificæ religioni addicti Jcti & Criminalistæ tam acriter defendunt, ut Clericum lædentem & insidiantem vel Crimen L. M.

(quod tamen agre admittunt) committentem non nisi prorsus incorrigibilem Judicis Ecclesiastici cognitioni subiciendum, & causâ cognitâ depositum vel degradatum curiæ seculari, ut in eum debitè animadvertat, tradendum concedunt, de quibus videri potest *Covarruv. quest. 33. n. 2.* latè etiam hoc quod Clericos plane non committat Crimen L. M. deducit *Ægid. Bosius præf. Crim. tit. de Crim. L. M. n. 86. 87. 88.* & *Tiberius Decianus lib. 7. cap. 8. num. 6.* Verum enim verò, quicquid Pontificii amore religionis de victoriâ causâ sibi gratulentur, contraria tamen opinio nempe Affirmativa, quod æque Clerici ac Laici contra Imperatorem Romanum vel alium Regem & Rempubli- cam majestate splendentem Crimen læsæ Majestatis committere & debitis solitisq; pœnis subjici possint & debeant, verior est, & firmiteribus fundata est rationibus. Quam communem probabilemq; Dd. opinionem vocat *Theodorus Petreus conclus. Crimina lib. 78.* & verisimam juriq; Divino, Civili quin imò ipsi Canonico per *tex. c. si quis Lai- cus 22. q. 5. & c. perpendimus 23. d. senten. excom. conformem & consentaneam. Petr. Theodoric. Colleg. Crim. disput. 5. tb. 5. lit. A.* quod privilegiū fore eos non eximat è numero subdito- rum, cum ratione domicilii tales sint. *l. 10. ad municip. l. 7. C. de Incol.* Eandem sententiam defendunt *Jobannes Gœd- deus Disp. de Publicis Judic. 16. tb. 5. Heint. Bocer. tract. de Crim. L. M. cap. 1. n. 18. Joban. Harprecht. ad Tit. de Publ. Judic. ad §. 3. Publi- ca a. Judicia n. 26.* Qui tamen posterior putat, quod ipse Imperator tanquam secularis judex inter Clericos judicare & cognoscere nequeat cum *Claro §. læsæ majest. num. 7.* & *Gregor. in Syntagm. jur. univer. p. 3. lib. 35. c. 7. n. 6.* Quod quidem de terris Catholicorum non adeo negamus, in provinciis autem Protestantium Regum & Principum Clerici in Criminalibus non videntur exemptiâ Jurisdictione & pœnâ

pœnâ Judicii secularis. Ex transactione enim Passaviensi, qua Jura Episcopalia ad Principes redacta sunt, suspensâ Papæ Jurisdictione, jure territorii cognitio & punitio etiam contra sacerdotes & personas Ecclesiasticas ad superiorem territorii spectat. Et quamvis civiles eorum causa & Criminales leviores in Consistoriis Ecclesiasticis cognoscantur & ventilentur, graviores tamen excessus animadversioni Judicis Secularis relinquuntur *Matth. Stephani de Jurisd. lib. 3. cap. 15. Bened. Carpz. Pract. Crimin. part. 3. quest. 110. n. 86. & 87. adeo ut sint, qui nec Clericos à torturis in atrocibus delictis immunes pronuncient. Juli. Clar. lib. 5. Sentent. Sult. quest. 64. n. 24. Foller. in pract. Crim. can. f. 259. n. 6. Bocer. de quest. & tort. cap. 4. n. 72. Quod præjudiciis confirmat Bened. Carpz. Pract. Criminal. sup. d. loc. num. 101.*

Quæritur porro circa personas, à quibus Crimen L. M. committi dicitur, quid dicendum sit de Vasallis, qui subditi non sunt, sed in Imperio Romano vel alterius cujusdam Regis & Principis feuda saltem recognoscunt & possident, num & illi in pœnam hujus Criminis incurrant? Et Negativa communi Dd. calculo videtur approbata *Anton. Faber. in C. ad Lib. 9. tit. 6. ad L. Juliam. Majest. definit. 10. Qui enim non nisi ratione Feudi Principis alicujus imperio subditus est, licet feudo privandus sit, si offendat Principem, non potest tamen eo nomine reus fieri Majestatis, ut & capitis & fortunarum pœnam pati debeat. Non enim sui Principis majestatem absolute videri potest lesisse, qui non nisi secundum quid subditus fuit. Quod idem Anton. Faber. dicto loco quoque asserit definit. 11. de eo, qui ratione officii saltem subditus est, quod causa limitata non nisi limitatum producat effectum verbis seqq. Idem est si quis factus sit subditus ratione officii,*

officii, & postea in Principem aut Remp. deliquerit; Is enim licet non possit videri reus Læsæ Majestatis, officio tamen privandus est, sive in officio ipso deliquerit sive ex quâ aliâ causa: Hactenus Anton. Faber. Et quoad Vasallos quidem res videtur satis expedita & clara, si ratione originis vel domicilii principii illi non subsunt, qui longè differunt à subditis & eo feudo vel obligatione vasallitica se liberare possunt; Petrus Theod. Colleg. Crim. Diss. s. tb. 5. lit. A. unde est quod Rex, Princeps, Comes, Baro, Imperatoris Romani Vasallus, Romano vero Imperio non subjectus, Crimen Majestatis adversus Imperatorem non committat: quia Imperator Romanus in externum Regem vel Vasallum alium ratione personæ nullam aliam superioritatem habet, nisi respectu Feudi, & ita totâ substantia privari nequit ut Majestatis reus sed saltè privari feudo potest, Heintr. Bocer. tract. de Crim. L. M. cap. 1. n. 20. Tiber. Decian. lib. 7. cap. 8. num. 7. ubi ad contraria argumenta Menochii Consil. 99. n. 99. & Gomezii in S. rursus Inst. de Actio. respondent. Et longè quidem diversum esse crimen felonix à Crimine Læsæ Majestatis in propatulo est, cum non omnes, qui feuda conferunt, majestatem habeant, nec omnes qui accipiunt, eorum à quibus investiuntur sint subditi. Et dentur, qui Vasalli sint & subditi, qui & feloniam & Crimen Læsæ Majestatis committunt, si ille qui Feudum contulit Majestatem habeat. Secundo sint, qui Vasalli soli sint, non subditi, qui solam feloniam. Et denique qui soli subditi, qui etiam non nisi Crimen L. M. perpetrare possunt, uti erudite & rationibus & exemplis deducit Anton. Matth. tract. de Crimin. ad Lib. ff. 48. tit. 2. cap. 1. n. 10. In eadem sententia Tiberius est Decianus, qui Vasallum vocat subditum respectu Feudi non respectu personæ, & igitur à domino privari possit Feudo, sed non pro Reo Majestatis declarari l. 7. c. 8. num. 7. Deniq;

Deniq; & ultimo circa Personas, quæ Crimen L.M. 8
 committunt, tenendum, quod non saltem personæ sin-
 gula, sed & integræ universitates hoc Crimen dicantur
 committere. Exempla in historiis patent civitatum, quæ
 ob Crimen Læsæ Maj. aratrum passæ fuerunt, Carthago,
 Bononia, Brixia & aliæ. Quæ tamen universitates proprie
 & jure hoc Crimine damnari nequeunt nisi Crimen præ-
 vio consilio & deliberatione communi factum, & forma
 servata fuerit congregandi civitatem præmissis sono tu-
 bæ & campanæ & observato ordine in consultando &
 voces seu vora dando, de quibus & aliis late videri potest
*Tiber. Decian. lib. 7. cap. 8. n. 9. & seqq. Boer. de sedition. §. ult. n. 6. &
 seqq. Gail. 2. de pac. publ. cap. 19. Dambouder. pr. Crim. c. 63. num. 11.
 Petr. Theodori Colleg. Crim. disput. 5. th. 5. lit. A.*

SECTIO V.

De

PERSONIS IN QVAS CRIMEN LÆSÆ
 MAJESTATIS COMMITTITUR.
 S U M M A R I A.

- | | |
|--|---|
| 1. Connexio. | Regem Romanorum re-
vera Crimen committitur L.
Maj. |
| 2. In quos committatur Crimen
Læsæ Maj. de Jure Civili Ro-
mano. | 7. Vigore A.B. & l. 5. C. ad L. Ju-
liam Maj. in Electores quoq;
hodie Octoviros id Crimen
dicitur committi. |
| 3. Num Lege Regiâ imperio &
potestate summâ in princi-
pem collatâ, hoc Crimen in
Populum Romanum rectè
dicatur commissum? | 8. Non minus in Principes &
Status Imperii, quatenus ta-
les. |
| 4. De statu hujus seculi fere pe-
riculosum est judicare. | 9. Limitatio Deciani ratione
pœne. |
| 5. Via media omnium tutissima. | 10. Quomodo in Consiliarios
Impe- |
| 6. In Imperatorem Romanum | |

- Imperatoris hoc Crimen dicitur committi? *publ. committitur.*
11. Occasio & sensus l. 5. quisquis C. ad L. J. Majest. de perduellione.
12. Crimen L. M. in Consiliarios non committitur, si privatum intercedat odium.
13. Idem est si consilarii sint Titulo, non actu tales.
14. Contraria Boceri & Carpzo-vii sententia.
15. Idem Crimen in Legatos Imperatoris & Regum vel Rei.
16. Num in exteros Reges & Respublicas Crimen hoc committatur?
17. Rationes pro negativa.
18. Argumenta pro Affirmativa.
19. Pontifex quamvis non habeat propriè Majestatem, contra eum tamen Crimen L. M. ratione temporalis jurisdictionis quam sibi arrogat, videtur à subditis Crimen hoc committi.

I ET haftenus de Personis, à quibus Crimen L. M. committi dici potest.

Sequntur nunc ordine illæ Personæ, in quas Crimen L. M. perpetretur.

2 Si jus Romanum eo tempore consideremus, quo LL. latæ, non videtur esse res admodum ambigua, quia in Populum Romanum & Rempubl. hoc Crimen dicitur Committi & ejus securitatem, vel in Principem l. 1. §. 1. ff. ad L. Juliam Maj. l. ult. §. 1. ff. eod. imo in provinciam & Civitatem Romanam l. 10. ff. eod. item in Casarem ejusque Statuas l. 5. ff. eod. Item in Consiliarios Principis l. 5. quisquis C. ad L. Juliam Maj.

3 Num verò eo tempore, quo omne imperium ad Principes translatum, in solum Imperatorem, vel etiam in Populum Rom. Crimen hoc extendendum, Dd. inter se non conveniunt, Et sane, si id, quod res est dicere velimus, & scapham scapham appellare, in eos omnes politice

ticè loquendo Crimen hoc inferri, affirmari nequit, qui ipsam Majestatem non habent, cum non entis sint nullæ affectiones. Quemadmodum itaque eo tempore, quo summa Reip. penes populum fuit potestas, revera in illum potuit majestatis Crimen committi, ita lege Regià univèrsa potestate in principem translata *l. 1. de constitutio. Princ.* non apparet, quomodo ab eo tempore amplius in populum hoc facinus potuisset admitti §. 3. *Instit. de Publ. jud.* dum omnis potestas in Principem erat collata non cumulativè sed privativè. Et quando populi fit mentio hoc factum est relatione ad illa tempora, quibus Majestas apud Populum fuit. *Petrus Theod. Coll. Crim. Diss. s. tb. s. lit. G.* Verum limitanda est hæc sententia, quod proprie quidè Crim. L. M. committatur in Principem, quatenus a Principe vel Imperator sine Rep. nullus est, quod & ille, qui Rempublicam evertere, vel *Consiliarios* & una cum Principe populum lædere tentat Crimen L. M. incurrat. Et tempore quidem Ulpiani videtur aliqua Majestatis portio resedisse penes populum, quod subsequētis temporibus Imperatoris Justiniani & subsequētium Imperatorum fuit immutatum. Videri hæc de re plura possunt apud *Bocerum de Crim. L. Maj. cap. 1. n. 24. 25. 26.*

Convertimus nos brevibus ad statum præsentis seculi, de quo tot diversorum diversissimæ extant sententia, ut res periculosa videatur alex, ex iis certi quid eligere. Sunt enim, qui procaci linguâ & effrenatâ audacia vel Imperatori Romano Majestatem denegare, vel principibus aliis de juribus suis aliquid detrectare non verentur; Econtra quoq; dantur qui vanâ quadam opinione fascinati Imperatorem Romanum totius orbis Dominum ad exemplum Augusti Imperatoris proclamare, exteris verò Regibus & Rebus publicis liberis omnem

L

Maje-

Majestatem & jura superioritatis controvertere non erubescunt. De quibus Controversiis pleni sunt Positorum Libri & anonymorum nonnullorum Commentarii.

5 Ne in secreta Principum scholasticā quadam temeritate involasse videamur, mediam calcabimus viam eandemq; tutissimam, nec Gloriosissimo Romano Imperio ejusdemq; Imperatori quicquam detrahendo, nec aliorum diminutione huic quicquam adjiciendo.

6 Quod itaq; primo omnium *Imperatorem Romanum* spectat, in eum verum Crimen L.M. committi posse, extra omnem dubitationis aleam positum est, & quidem non ex eo fundamento, quasi Imperatori ut Monarchæ Imperium Romanum simpliciter esset subjectum, & vi imperii Monarchici, ut putat Dn. Reinkink cum paucissimis suis asseclis, sed quia caput est Imperii Romani, cui hactenus ex Dynastis & Principibus terrarum nemo primas detrectavit, & qui talia Majestatis exercet jura, & tantis splendet & eminent reservatis Imperatoriis, ut ei Majestatem denegare verum Majestatis incurere Crimen videatur: De quibus consuli possunt Juris Publici Scriptores passim imprimis autem *Benedictus Carpzovius ad L. Regiam cap. 13. sect. 6. & 10.* ubi ostendit summam quidem competere Romano Imperatori Majestatem, & etiamnum hodie illum habere ac salutari Monarcham, cum illa autem Majestate Proceres & status Imperii participare. Vide de Crimine L.M. in Imperatorem plura apud eundem *Carpz. in Pract. Crimin. part. 1. quest. 41. n. 42. 43. & seqq. & Heigium part. 1. quest. 9. n. 18. Rosentb. de Feud. cap. 5. concl. 85. n. 3.* Idem quoq; est Judicium de Rege Romanorum. Qui quoad dignitatem Imperatori merito æquiparatur *Tob. Paurmeist. de Jurisd. Imp.*

Imp. Rom. lib. 2. cap. 5. n. 4. Arumicus ad A. B. cap. p. 113. Quemadmodum verò tempore Ulpiani non solum secundum *l. 2. § 2. ff. ad L. Juliam.* Crimen L. M. committi poterat in Imperatorem seu Principem, sed etiam in Populum Romanum & Principis Consiliarios: Ita modernis temporibus illud Crimen non solum in Imperatorem Romano Germanicum, sed & in Electores & status Imperii, qui vicem populi Romani præsentant committi posse omnino dicendum, nec non in Consiliarios, Senatores, & milites Regni *l. quisquis s. C. ad L. Juliam Majest.*

Et de Electoribus quidem eatenus dubitari nullo modo potest, quatenus Columnæ dicuntur Imperii & secundi ab Imperatore, qui Regibus ratione dignitatis externæ equiparantur, & multa privilegia præ aliis Imperii Principibus obtinent. Uti Electorale Collegium basis dicitur Imperii *Benedict. Carpzov. Pract. Crim. part. 1. quest. 41. n. 60. 61. § seqq.* & in A. B. expressis verbis hoc sancitum reperitur *tit. 24. versic. So jemand: in verbis: So soll derselbige ge/ als der an der Majestät schuldig mit dem Schwerdt gestrafft/ und alle seine Güter unserm Fisco zugeeignet werden.* Vide ad eundem locum *Buxdorsium § Arumicum nec non Sixtinum de Regalibus cap. 4. n. 29. Waremundum ab Erenberg. de federib. c. 7. n. 147.* Eiusdem sententiæ quod nempe in Electores hoc Crimen committatur est *Johan. Gaddeus disp. 16. th. 4. Johan. Harprech. ad Tit. de publicis Jud. § 3. Publica autem n. 16. Tiber. Decia. lib. 7. cap. 5. n. 2.* Ex duplici ratione (1) quia Consiliarii sunt & membra ipsius Imperatoris & Imperii præcipua *l. quisquis C. ad L. Juliam Majest.* (2) ob expressum textum A. B. supra allegatum disertè, qui loquitur de Electoribus Imperii qui non erant constituti tempore Arcadii & Honorii auctorum *d. l. quisquis.* Et testatur sæpè laudatus *Dr. Bened. Carpzov. in Prax. Crim. p. 1. qu. 41. num. 93.*

Quod in histerris Saxoniae Reus quidam hujus criminis adversus Serenissimum Electorem Saxoniae commissi ante aliquot annos in quatuor frustra sciffus.

8 Quid verò de reliquis Imperii Principibus & statibus sit sentiendum, magis in dubio videtur & ambiguo esse, & accedimus cum *Benedicto Carpzov.* Affirmativa, quatenus nempe status sunt Imperii & *h. quisquis C.* illis accommodari potest, quatenus intersunt Comitibus publicis Imperii & Consilarii sunt Imperatoris & Imperii. Et huic Affirmativa præter *Benedictum Carpzov. Pract. Crim. part. 1. quest. 41. n. 66. & seqq.* ad stipulantur *Heinr. Bocerus in tract. de Crim. L. M. c. 2. num. 91. Hieron. Gigas. sub tit. Qualiter & à quibus qu. 79. Johan. Gueddeus Disp. 16. de Public. Jud. tb. 4. lit. g. Roland Valle conf. 4. vol. 1. & cap. 1. n. 26. Clarus §. lesæ Majest. num. 6. Tiberius Decianus lib. 7. cap. 4. n. 8.* Rationem dant, quod Consilarii sint Imperii (2) quod subditi illorum illis æque ut alii Imperatori debeant subjectionem & sic in dignitatis autoritatisq; amplitudinem & reverentiam, id est magnitudinem & majestatem committant. Quamvis non adeo displiceat limitatio Tiberii Deciani, huic sententiæ adjecta, quod nempe contra Principes superiorem recognoscens committatur quidem hoc Crimen respectu pœnæ corporalis & publicationis bonorum, sed non quoad memoriam damnandam, & pœnam filiorum, seu extravagantem qui sint rebelles. Licet enim hi Principes in territoriis suis habeantur loco Imperatoris, tamen non sint Imperatores, & aliud sit esse talem & aliud pro tali haberi: Et Leges pœnales, quæ specialem rationem culminis Imperialis habent, ut odiosæ non debeant extendi ad eos, qui repræsentant quidem Personam Imperatoris, revera autem non sunt, & satis illis esse debeat, quod in cæteris quoad hoc Crimen eandem naturam re-

lineant, & ita de variis Dominis Italia observatum testatur Decianus supra all. loco. Qua ratione etiam nonnulli Dd. moti dicunt in Principes & Status Imperii inferiores simplex crimen L. M. committi non perduellionis *Petr. Theod. Coll. Crim. diff. 3. lb. 5. lit. 1.* Quibus tamen Carpzovius alleg. loco supra regerit quod longè alia sit conditio Principum & Ducum Italia quam Germania, utpote de quorum dignitate ex comitiorum serie iudicium ferri potest. Quicquid tamen sit, eorum non videtur rejicienda opinio, qui distinguunt, an læsio Principum & Statuum Imperii tendat in perniciem imperii, cui una cum Imperatore præsent, & tunc revera in eos hoc Crimen dicatur committi, an verò lædantur eo respectu, quo præsent suis Ducatibus & analogum esse Crimen verius videtur seu simplex Majestatis *Bachov. ad Wesenb. ad tit. ff. ad L. Juliam n. 4.* & mitius puniendum. *Georg. Adam. Struwe Syntag. Juris Civil. ad Lib. 48. tit. 4. ff. ad L. Juliam lb. 18. pag. 951.* Et tantum de Principibus & aliis Statibus Imperii.

Præter has Personas porro quaeritur, Num in Confiliarios Imperatoris vel alterius cujusdam Regis, qui Majestatem habet, hoc Crimen committatur? Et Clara quidem satis videtur *quisquis famosa 5. C. ad L. Juliam Majestatis in verbis: Quisquis susceperit sacramentum vel dederit de ne- 10* re etiam virorum illustrium qui Consiliis & Consistorio nostro inter sunt, Senatorum etiam, nam & ipsi pars corporis nostri sunt, vel cujuslibet postremo qui nobis militat, cogitarit eadem enim severitate voluntatem sceleris, qua effectum, puniri jura voluerunt, ipse quidem utpote Majestatis reus gladio feratur, bonis ejus omnibusisco nostro addictis.

Verum benè circa hanc legem notandum venit (1) quod loquatur de eo Crimine Majestatis, quod dicitur Perduellio & sumpta sit ex Cod. Theodosiano titulo ad

L. Corneliam de Sicariis, quam Tribonianus ad hunc titulum retulit. (2) Cum scripta est hæc Constitutio Arcadii & Honorii vix annus à morte Theodosii magni præterierat, & erat tum recens Gildonianæ factionis memoria. Qui Gildo cognita morte Theodosii, Africam, cui Præses præerat, sibi vindicare cepit, & in ditionem suam redigere, spernens puerorum Principum teneram ætatem, ratus in ea minimam spem fore. Sed initio factionis tam temerariæ à Stilicone oppressus est & interfectus, & provincia in pristinam Augustorum potestatem redacta, Gildonis universo Patrimonio in fiscum delato, cui etiam regendo proprius Comes præpositus fuit, qui in notitia Imperii & Codice Theodosiano Comes Gildoniani patrimonii appellatur, cum autem restarent tam scelestæ conjurationis reliquiæ, lata est hæc lex consilio Rufini & Stiliconis, quos teneræ ætatis Principibus restamento dederat Tutores Theodosius. Verba sunt *Antonii Contii ad l. quisquis C. ad l. Juliam Majest. pag. mibi 83. § 84.* Ex qua occasione legis satis superq; constat, Legem non de alio casu loqui, quam Crimine perduellionis, & si consilarii, vel Milites trucidentur, in eos quid committatur intuitu Principis præcedente factione, ut remotis Consiliariis facilius negotium esset cum Principe. Et ita non frustra sunt Dd. qui cautè in pronunciando Crimine Majestatis procedendum statuunt & tenorem & occasionem Legis de perduellione loquentem probe observandam.

12 Quid enim si quis Consiliarios Principis ostendat ob privatam inimicitiam, & speciale odium, nullâ habitâ consideratione Principis, quem forte amet, nec odio prosequatur. Et certe in dubio circumspectis omnibus circumstantiis interpretatio fiat in mitiorem partem, si

ex o-

ex omnibus pateat illud in odium Principis non commissum. *Tiberius Decianus. lib. 7. cap. 5. num. 4. 5.* Quando enim lex loquitur pœnalis de illa vel illa qualitate, ille qui dicit dispositionem Legis locum habere, debet probare illam qualitatem intervenisse *Bartol. in l. 1. §. ait Prator ff. ne quid in stum. publ.* Dicendum itaq; non statim qui Consiliarium Principis offendit & occidit, Crimen committere Majestatis, sed cum quid in eum odio Principis committitur, eoq; sine, ut Respubl. tranquillitas turberetur. Non etiam, si occasione litis privatæ quid fiat. Quamvis enim *d. l. quisquis* non distinguat, ratio tamen nempe gravitas pœnæ, ac ipsa verborum proprietas hoc suggerit discrimen, verba sunt *Perezii ad C. tit. ad L. Julianam Majest. n. 4.* cujus sententiæ est etiam *Petr. Theod. Colleg. Crim. disp. 5. th. 5. lit. C.* quod voluntas & propositum delinquentis distinguant delicta *l. 53. pr. de furt. l. 15. ad L. Corneliam de Sicar. & perduellis* dici nequeat nisi hostili animo in principem animatus, *Treutl. vol. 2. disput. 32. th. 1. Hackelman. illust. quest. disp. 24. th. 15.*

Quod & limitant nonnulli quoq; de eo casu, si Consiliarii illi actu non intersint Consistorio nec lateri principis assistunt. *Welche nicht wirkliche Râthe sondern vom Hause aus.* Seu multo magis, quibus Consiliarii titulus honoris saltem gratia collatus, cum verba *Legis 5. quisquis* loquantur de iis, qui Consiliis & Consistorio Imperatoris intersunt *Tiber. Decian in tract. Crim. lib. 7. cap. 5. n. 7. Egidius Bosius tit. de Crimine L. M. n. 9.*

Verum hanc & priorem illam limitationem *Henri-14* eius *Bocerus* non admittit *tract. de Crim. L. M. cap. 2. num. 14.* Quod injuria illata ipsis Consiliariis videatur Principibus illata, & Crimen hoc quasi Perduellionis appellat, cui accedit quoq; *Saxonia nostra Ulpianus Carpz. Pract. Crim.*

Crimin. utramq; limitationem respuendo ob generalitatem textus *l. s. quisquis C. ad L. Juliam Majest.* & hanc sententiam Scabinorum responso confirmat quodam, quo nobilis quidam in necem Serenissimi Principis Ducis Silesiæ Cæsar. Majestat. Consiliiarii ac Vicariæ Silesiæ conspiraverat. *Pract. Crim. part. 1. quæst. 41. num. 55. 56. 57. 58.* Verum quicquid sit, liceat pace magnorum Virorum nobis in contrariam à modo allegatis Autoribus propugnatam ut benigniorem secedere partem, ob occasionem *l. laræ* & alias rationes supra diductas.

15 Quod verò dictum est de Consiliariis non immerito ex eadem ratione extendendum quoq; est ad Imperatoris Legatos. Quod tamen limitant, si ab Imperatoris subditis lædatur non verò si à peregrinis vel privato odio, vel ex ignorantia, quod Legatus sit offendatur. *Gigas de Crim. L. M. tit. Qualiter & à quibus. Boss. tit. de Crim. L. M. n. 36. Petr. Theod. Coll. Crimin. disp. 5. tb. 5. lit. D.* Et hæc sunt illæ Personæ in Imperio Romano-Germanico nostro contra quas Crimen L. M. committi dicitur.

16 Quæritur Coronidis loco, quid sentiendum de Regibus aliis & Rebus publicis Majestatem habentibus, num & in illas Crimen L. M. committi possit? Et sane mirari licet, dari inter Jctos, qui Negativæ subscribant, cum ipsa ferè sana ratio cuius dicitare possit, quod Majestatem gerens & superiorem non recognoscens talis omnino sit, cujus Majestatem quis offendere, vel lædere, & ad eò hoc Crimen committere possit.

17 Inter hos autem qui negantium partes sustinent inter alios est *Theodorus Petreus Conclus. Crimin. 77.* quæ ita habet: *Crimen Lesæ Majestatis in solum Imperatorem vel Regem Romanum, Romanumq; imperium; non etiam alios, puta Reges, Principes, Civitates, sive superiorem recognoscant, sive non, propriè*

priè committi jure videtur verius. Cui ad stipulari videtur
 in cæteris Jctus consumatissimus & Interpret Juris felici-
 cissimus *Johannes Harprecht. in Commentar. ad Tit. de Publ. Jud.*
§. 3. Publica autem n. 17. qui movetur verbis §. Quod hoc Crimen
 contra Imperatorem vel Populum Rom. commit-
 tatur, non ergo in alios Principes. (2) *Ex l. ult. C. de abolition.*
 ubi Læsæ Majestatis Reus non judicaretur, qui Patriam
 quamvis superiorem non recognoscentem oppugnave-
 rit, (3) *Quod Cæsaris dignitas longe amplior sit, quam a-*
liorum Principum, qui dicatur Dominus mundi l. 9. ff. ad
L. Rhod. de jactu. Verum, quid hæc & alia argumenta pon-
 deris habeant, falsè quidem, erudite tamen demonstrat
Anton. Matth. ad Lib. 48. ff. tit. 2. cap. 2. n. 7. Ubi straminea hæc
 vocat argumenta, à lege quadam Romanâ velle judicium
 ferre de Majestate aliorum Regum & Principum. Et pro-
 fabulis & ægrorum somniis habenda, proclamare Impe-
 ratorem Dominum mundi, vel cum hæreticum esse,
 qui id negare auit, quoniam scriptum sit in sacris, exiit
 decretum ab Augusto, ut censeretur universus orbis. Nec
 melioris sortis esse illam rationem, quâ Imperatorem
 non quidem possessione, sed tamen jure dominum &
 monarcham mundi æstimandum. Quæ omnia cum se
 ita habeant, merito in affirmativam descendimus senten-
 tiam, in omnes nempe Reges Principes optimates &
 Resp. Crimen L.M. committi, à subditis nempe revera ju-
 ra Majestatis habentes: ne nostro solum Imperatori a-
 dulando reliquis exteris nationibus suam invidisse glo-
 riam vel debitam laudem detrahere velle videamur: eo
 quod Reges Galliæ, Angliæ, Hispaniæ &c. in suis Regnis
 non minores appareant Imperatore in Imperio *Carpz.*
Pract. Crim. p. 1. qu. 44. n. 37. 38.

Quid autem de Ecclesiasticarum Personarum Ma-
 jestate

M

jestate

jestate ejusq; violatione & pœnis sit dicendum, nempe Pontificis, Cardinalium, Episcoporum, Adherentium Papæ, Vicariorum & Legatorum Papæ, Rectorum Scholarum, Ambasiatorum & aliorum, hac de re huic Religioni additi consuli potissimum possunt, imprimis *Tiber. Decian. lib. 7. cap. 5. Ægidius Boss. t. de Crim. L. M.* In nostro foro illorum Majestas nobis quodammodo suspecta est, & Christi mandato vel exemplo contraria quod Canones videantur *Andreas, L. 22. 2. 25. Petr. 2. v. 1. Tit. 3. v. 1. Luc. 17. v. 14. Joban. 6. Petr. Theod. Colleg. Crim. disp. 5. th. 5. lit. H.* Subditos tamen Papæ Romani etiam hoc Crimen in eum committere & nostri statuunt Jcti *Heinr. Bocer. tract. de Crimin. Laesæ Maj. cap. 1. n. 28. & Bened. Carpz. Pract. Crim. p. 1. qu. 41. num. 39.* ratione nempe temporalis *Æg. Georg. Adam Struve Syntag. Juris exercit. 49. th. 19. Carpz. ad l. Regiam 13. quæst. 18.* quod in illis terris neminem recognoscat superiorem. Dissentit *Petr. Theod. supr. alleg. loco.* Num autem Imperator, vel Principes Imperii in Papam hoc crimen committant, non solum quærere supervacuum est, sed & ridiculum.

SECTIO VI.

De

PÆNIS CRIMINIS L. M. HUMANÆ ET
JUDICIO IN HOC CRIMINE SINGU-
LARI.

SUMMARIÆ.

- | | |
|--|---|
| 1. Uti Crimen L. M. non unius generis, ita diversa ejusdem pœna. | 3. In Historiis passim multivaria inveniuntur pœna. |
| 2. Jure Civili Romano non eadem pœna sunt. | 4. Jure Civili distinguendum inter pœnas ff. & C. (2) Perduellionis & C. L. M. simplicis. |
| | 5. Per- |

5. Perduellionis pœna l. 5. Quisquis C. ad L. Juliam Majest. expressa.
6. Num lex illa nimis dura irrationabilis & Jure Divino contraria sit?
7. Ratio legis duplex à parte liberorum & à parte Parentum.
8. Apud Romanos & alios Populos pœna hujus Criminis quoq; ad proximos consanguineos extensa fuit.
9. Non simpliciter sacris literis contrarium est liberos obdicit a parentum puniri.
10. Num ob duritiem ab hac lege hodie consuetudine sit recessum?
11. Contrarium verius, quod & adhuc illa pœna sit in usu.
12. Pœna perduellionis in Carolina Sanctione non immutata, sed potius aucta est.
13. Quæ Jure quoq; Saxonico non amplius pœna rota est sed dissectio in quatuor partes die Viertheilung.
14. In terrorem partes dissecta suspenduntur in publicis viis, & executio fit interdum in absentium imagine.
15. Pœna gladii pro duriore applicanda est quam decapitationis pœna.
16. Cujusq; tamen loci observantia attendenda.
17. Publicatio bonorum pœna est & quorum?
18. Non afficit Confiscatio as alienum, nec ea bona que aliibi extra territorium sita.
19. Num ipso jure vel per sententiam bona fisco applicanda?
20. Liberi à successione Parentum excluduntur & Proximorum, nec non omni hereditate sive ab intestato, vel ex testamento etiam extraneorum.
21. Mitigatur exclusio in Filibus ratione Falcidie, item dote profectitia.
22. Infamia non solum afficitur liberi Reorum Crim. L. M. sed & illi qui pro eis intercedunt.
23. Non extenditur pœna in liberos Emancipatos, Adoptivos, Spurius, Nepotes.
24. Afficit etiam liberos ante Crimen natos.
25. Pœna Quasi Perduellionis mitior, nec non simplicis Majestatis

*jestatis Criminis arbitraria. 27. Quenam singularia circa
26. Pœna maledicentis Principis hoc Crimen observanda.
arbitraria.*

- 1 CUM Crimen L. M. humanæ non unum idemq; sit, sed varios admittat gradus & species, uti *Sectione 3. cap. 1.* pluribus dictum est, non eadem quoq; simpliciter cuius Crimini L. M. pœna injungi debet, sed eandem oportet delicto esse adæquatam & prout Crimina, vel graviora, vel leviora sunt, duriorum leviorumve. Videndum itaq; erit (breviter tamen) ultimo loco circa hoc delictum seu facinus læsæ temporalis Majestatis, quales pœnæ huic Crimini vel Jure Civili Romano, vel Imperii moderno & ordinatione Carolina vel aliis juribus Provincialibus præsertim Saxonico sunt præfixæ.
- 2 Quod Jus Civile Romanum attinet, secundum varia tempora, diversa huic Crimini sunt dictitata pœnæ, Modo enim Rei Majestatis vivi exusti *l. 9. C. de Militib.* modo bestiiis objecti *l. 8. §. 2. l. 38. §. 1. C. 2. ff. de pœnis.* aut furca suspensi. Aliæ quoq; & variæ recensentur hujus Criminis pœnæ passim in historiis Romanis apud *Valerium Maximum, Livium, Dionysium, Halicarnassem, Suetonium in Nerone*, quod modo laqueo suffocati sint Rei Majestatis, modo quadrigis distracti uti *Metius Suffetius Liv. l. 1.* Saxo præcipites dati, crucifixi in Campo Martio. Antiquissimam autem eam pœnam vocarunt, quâ affectos dixerunt More Majorum puniri, & nudi hominis cervix arbori infelici suspensa & incusa capite velato, corpus autem virgis ad necem fuit cæsum *P. Faber 2. Sem. 7. Petrus Theodor. Colleg. Crim. Disput. 5. tb. 6. lit. H. vide quoq; Scipionem Gentilem lib. 1 de de Conjurat. Antonium Contium in Comm. ad L. Juliam Majest.*
- 4 Ut verò distinctè pœnas Juris Civilis Romani proponamus. (1) Distinguendum est inter LL. Pandectarum & Codicis,

dicis. (2) Inter Crimen Perduellionis & Simplicis Majestatis, quæ distinctio fundata quoq; est in *l. ult. ff. ad L. Juliam Majest.* ubi verba hæc sunt: *Plane non quisquis Legis Juliae Majestatis reus est, in eadem conditione est, sed qui Perduellionis reus est,* NB. *hostili animo adversus Remp. vel Principem animatur, ceterum si quis ex alia causâ Legis Juliae Majestatis reus, mortis Crimine liberatur.* Perduellionis itaq; pœna ab Imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis sancita est & habetur *l. 5. Quisquis C. ad L. Juliam Majest.* desumpta ex Codice Theodosiano, & ea occasione lata uti Sectione præcedenti fuit demonstratum. Pœna autem hæc est (1) *Glaadius,* (2) *Bona Rei sisco applicantur pr. d. l.* (3) *Filii eorum ab omni successione bonorum excluduntur,* maternâ & avitâ, omnium etiam proximatorum, Ex testamento extraneorum nil capiunt, & vita eis singulari Clementia & lenitate conceditur, cum paterno perire supplicio deberent, in quibus paterni seu hæreditarii criminis exempla metuantur, (4) Eos perpetua comitatur *infamia*, ut ad nullos honores vel sacramenta admittantur & ita eis ut perpetuo egenibus & pauperibus seu egestate sordentibus, sit mors solatio & vita supplicio. (5) *Filiae reorum falcidiam saltem retinent ex bonis maternis,* ut habeant saltem mediocrem alimoniam, quam integrum emolumentum ac nomen hæredis. Quæ pœna mitior in filias lata, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confisi sunt Imperatores. (6) Dotes & donationes Reorum à tempore Criminis commissi nullius sunt momenti. (7) Uxores nil nisi dotem recuperant. (8) Notabiles sunt, qui pro eis intercedunt.

De singulis hujus legis articulis paucis erit aliquid dicendum. In genere verò *Quæritur:* numne hæc lex nimium dura sit & irrationabilis? Et quod duritiam hu-

ius legis attinet, lex quidem aliquo modo duriscula videtur, & jure Divino *Deut. 24. v. 16. Et aliis locis*, nec non juri communi non per omnia consona, sed exorbitans, dum liberi portare non deberent delicta parentum, nec Filius
 7 pro patre *Authen. C. ne filius*. Verum irrationabilem illam esse legem cum *Petr. Theodor. Colleg. Crim. disp. 5. tb. 6. lit. K.* negamus, tum quod ipsi Imperatores, quare filii debeant ab omni successione bonorum exclusi sufficientem dent rationem, quod in iis paterni Criminis exempla metuantur, & præsumantur insistere vestigiis paternæ pravitatis, eis occasio præcludatur ad novas res moliendas, & Ultionem Parentum suscipiendam *Tiberius Decianus Lib. 7. cap. 41. n. 18.* Qui accedit ratio à parte Parentum quam *Cicero* in Epistola ad *Brutum* habet, his verbis: *Non me fugit, quam sit acerbum Parentum scelera filiorum pœnis sui: Sed tamen hoc præclarè legibus comparatum esse videtur, ut charitas liberorum amiciores Parentes Reipublicæ redderet.* Hactenus *Tullius*, id est; ut Parentes eò magis deterreantur à sceleratissimi consilii cogitatione, cujus etiam pœnam in suos liberos irrogari scienti, quos magis quam se amare credantur *l. 8. §. fin. ff. quod metus causa.*

8 Nec habent Filii, quod de duritie hujus Legis conqueri possint, cum in Rep. Romana & Græcorum olim non solum Liberi sed & Proximi agnati & propinqui Reorum Majestatis corporali pœna fuerint mactati, *Alexander Genial. dier. l. 3. cap. 5. Q. Curtius lib. 5. 6. 7.* qui testatur Majestatis reos Macedonum lege Saxi obrutos, & omnium devota capita eorum, qui illos quovis gradu consanguinitatis contigissent, quam tamen legem acerbam *Alexander* se sustulisse sibi gratulatur. Simili modo testatur *Bosspract. Crim. tit. d. Crim. l. 8. & Maj.* Mediolani ex Constitutione Ducis Philippi etiam usq; ad quartum gradum cognatos ex latere punitos. Nec

Nec omnino & simpliciter sacris litteris obvium videtur, quod Filii Parentum delicta pro parte luere debeant. Unde enim esset peccatum hæreditarium, vulgo die *Erbünde*, quod ab Adamo in omnes transit homines, & ita justitiæ Divinæ non prorsus est contrarium peccata Parentum in Filiis ulcisci. Die *Sünde der Väter an den Kindern heimsuchen* &c. uti Beati Lutheri versio est; & non malè *Ezechia cap. 18.* dicitur. Patres nostri comederunt ut vas acerbis & dentes Filiorum obstupuerunt. Ex quibus & aliis multis rationibus patet *legem dict. Quisquis C. ad L. Juliam* neq; injustam, nec omnino, ut sibi nonnulli imaginantur, esse irrationabilem, quod atrociam delicta acerbis pœnis sint coercenda, & duro nodo durus quarendus cuneus: Nec obstat, quod ab hæc lege propter ejus duritiam videatur communi observantiâ & consuetudine recessum, *Schneidiv. ad Inst. §. 3. Inst. de Publ. Judic. Boerius de seditiosis in præsuppon. n. 23. Tib. Decianus cap. 41. lib. 7. n. 9.* cum multa LL. Romanorum rationabiles in aliâ Rep. non observentur, nec etiam *l. quisquis C. ad L. Juliam Majest.* per aliam legem expressam vel jus scriptum sit abrogata. Lex enim qua in contrarium adducitur *22. C. de Pœnis generalis* est, quæ non derogat legi anteriori speciali *Darenus hb. 2. disput. 24. Petr. Theodoricus Colleg. Crim. disput. 5. th. 6. lit. K.*

Imo nec simpliciter asseverandum videtur, quod pœna illa perduellionis acerbis ob suam duritiam per desuetudinem penitus exspiraverit, tametsi enim moribus pro graduum diversitate varii generis pœnæ adhibeantur, modo gladius, interdum ignis, quandoq; dissectio in quatuor partes. *Johan. Goeddeus Disp. 16. de Publ. Judic. th. 5. lit. B.* Crimen tamen Perduellionis, si circumstantiæ requirunt secundum tenorem legis *Quisquis* omnino & hodie puniri potest, adeo ut loco gladii dissectio in quatuor

in quatuor partes das viertheilen oder mit vier Pferden von einander reissen sit recepta *Jodoc. Dambouder. prax. Criminal. cap. 62. n. 6.* Et rectè infert *Heinr. Bocer. tract. de Crim. L. Maj. cap. 3. num.*

- 12 14. Quod hæc Pœna perduellionis in Imperio nostro Romano Germanico non solum approbata, sed & aucta sit Carolinâ Sanctione *Peinl. Hals-Gerichts Ordn. Keyser Carls des Fünfften art. 124.* quâ cautum est; ut Proditores provinciarum, Urbium, Principum, quorum jurisdictioni & Imperio ipsi subiecti sunt, prostrati in terram per plateas in locum supplicii raptentur, geschleiffet / trahantur, aut ignitis forpicibus lacerentur, postea vero in partes quatuor discindantur daß sic mit glüenden Zangen gezogen und geviertheilet werden. Quod si ergo hæc pœna affligitur in proditoribus, qui perduelles non sunt, sed simplex Crimen L. M. committunt, multo magis eadem locum in Crimine perduellionis, si perduelles hostili animo quid tentent adversus Remp. Romanam, Imperatorem, Electores &c. locum habebit, argumento à minori ad majus desumpto, secundum Topicam legalem *Everhardi in loco à ratione largâ, amplâ seu generali ad extensionem ipsius legis.* Quam sententiam *Boceri* approbare quoq; videtur *Benedict. Carpz. Pract. Crim. p. 1. quest. 41. n. 94.* eodem ut diximus modo, ubi testatur quod quamvis
- 13 *Jure Saxon. l. 2. art. 13. Landr. Rotæ* pœna sit Statuta, nihilominus tamen eam desuetudinem abierit, & dissectio in quatuor partes in ejus locum sit surrogata *Reinbard. part. 5. dist. 34.* in verbis: *Nach Gewonheit und Gelegenheit der verbrechen werden sie geviertheilet.* Accedere huic dissectioni
- 14 solet de consuetudine, ut partes illæ dissectæ in eminentioribus locis versus orbis oras suspendantur. Daß die Viertel an den vier Ecken oder Thoren der Stadt angehangen werden. In terrorem nempe aliorum, cui similis est execu-

tio, quæ fit in absentes Reos Crim. L. M., ut imagines eorum à Carnifice vel suspendantur vel igni in perpetuam infamiam comburantur.

Verum huic pœnæ perduellionis corporis infligti-
væ illud ob stare adhuc videtur, quod dicta *l. quisquis C. ad* 15
L. Juliam Majest. item S. 3. Inst. de Publ. Jud. item A. B. Caroli IV.
tit. 24. in verb. mit dem Schwerdt. de pœna saltem gladii lo-
quantur, quæ pro decapitatione communiter accipi so-
let, *mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode zu richten.* Quæ
causa fortassis movit *Jacob. Gotofred. discurs. ad L. Juliam Ma-*
jest. quod putet, *l. 5. quisquis.* ne quidem loqui de Crim. Per-
duellionis. Verū hisce objectionibus rectè opponit *Petr.*
Theod. Colleg. Crim. disp. 5. th. 6. lit. b. quod gladii pœna in jure
pro quovis ultimo supplicio sumatur, & jus gladii pro ju-
re vitæ & necis, cumq; ex supra datâ occasione legis *quis-*
quis constet, quod in ea omnia ad acerbicatem sint con-
quisita, in Libris Pandectarum quoq; & ita antiquioribus
LL. combustionis mentio fiat, omnium Dd. fere commu-
nis est sententia, quod pœna gladii pro aliâ quadam du-
riori pœnâ sit interpretanda, ut observantia quoq; post-
modum approbavit.

Quamvis cujusque loci tenor edictorum, Statuto-
rum, & Jurium Regni vel etiam provincialium sit atten-
dendus, quo pœnæ Juris Civilis Romani sæpe mitigan-
tur, ob frequentiam autem delicti vel circumstantias ex-
asperantur. *Prosp. Far. part. 5. op. Crim. quæ 116. n. 3. Jodocus Dam-*
houd. prax. Crim. cap. 62. n. 6.

Et tantum de Pœnâ Perduellionis Criminis corpo-
ris afflictivâ secundum jus Civile Romanum, Carolinam
functionem & Jus Saxonicum. Sequitur de reliquis pœ-
nis, quæ ratione bonorum, animi, vel fortunæ Reis inflig-
guntur secundum *l. 5. C. ad L. Jul. Maj.*

N

Præ-

Præter amissionem itaq; animæ i. e. vitæ, Rei perduellionis bona applicantur fisco. Quæritur num universalia bona? Affirmatur, nec refert, num Allodialia sint, sive Feudalia, nec etiam num Feuda sint nova, vel antiqua, De quibus late vide *Petr. Theodor. Colleg. Crim. disp. 5. th. 6. lit. D. Tiber. Decianum lib. 7. cap. 40. De pœnis Criminis L. M. circa bona.*

Ubi tamen circa Publicationem bonorum probe observandum est, quod confiscatio æs alienum non afficiat, sed illud prius est solvendum ne extranei simul in fontes damnium ex facto alieno patiantur *Henricus Bocer. de Crim. L. M. cap. 3. n. 88.* ut etiam publicatio illa bonorum sese saltem extendere videtur, ad illa, quæ sunt in territorio Principis, cujus Majestas est læsa, quia bona alibi sita non possunt dici publicata cum lex se non extendat ultra territorium legislatoris. *Perez. ad C. ad L. Jul. M. n. 14.* Et hæc confiscatio bonorum locum quoq; habere solet in Crimine contra Electorem commisso perduellionis. *Boser. d. l.*

Quæstio circa hanc confiscationem Nobilis est inter Dd. & Criminalistas, *utrum in Crimine L. Maj. commisso bona Reorum ipso jure sint deperdita, dem fisco heimgefallen, an vero Reus de eo debeat esse convictus, & per sententiam talis declaratus?* Et quamvis prius à multis Dd. affirmetur propter *l. 14. ff. de Publican. & l. 20. ff. de accusation. per l. 15. ff. Qui & à quibus manumissin* qua sententia etiam est *Petr. Theodor. Coll. Crim. Disp. 5. th. 6. lit. D.* & alii ab eo allegati Autores, Attamen posterius veritati & æquitati magis consentaneum est: quod non ipso jure, sed per sententiam declarati Rei Majestatis bona sint fisco applicanda cum *Bened. Carpz. Pract. Crim. p. 1. quest. 41. num. 100.* Quam sententiam septem argumentis corroborat *Henric. Bocer. de Crim. L. M. cap. 3. n. 21. 22. & seqq.* ubi ad contraria Dd. argumenta respondet satis

PRO-

prolixè & eruditè. Vide omnino etiam de hac quæstione *Andream Fachineum controversiarum Juris lib. 9. cap. 35.*

Præter vitæ amissionem & confiscationem seu publicationem bonorum (3) in Reos Perduellionis Statuta est *l. quisquis* Filiorum exclusio à successione omnium bonorum, & Parentum quidem ob præcedentem rationem & pœnam, qua Parentum, sive Pater sive Mater sint Rei Criminis hujus, bona fisco applicantur, Nam quamvis dubitari posse videatur de Matre, num & illa hoc Crimen comittere possit, vel si committat, num pœna materni sceleris etiam liberos teneat, quod Lex *quisquis* cum aliis ad L. Juliam tam in ff. quam C. loqui videantur in genere masculino, attamen sub voce masculinâ foemininum genus contineri etiam in odiosis & pœnalibus factis evincit *Bocer. d. tract. cap. 3. de pœnis. n. 65. Et seqq.* Nec solum autem liberi à Parentum successione remouentur, sed avitâ & omnium proximorum, aded ut intestabiles sint, & cum iis non sit testamenti factio, ita nec hæredes in Testamento institui nec ex testamento extraneæ personæ lucrari quid possint, per verba satis perspicua in *d. l. quisquis Filii verò ejus, &c.* quæ omnia ita constituta sunt, ut illis propter summam egestatem vestigiis Parentum insistere, nec ejusmodi sceleratum quoque perpetrare facimus, omnis præcluderetur via. Quæ tamen exclusio mitigatur in filiabus, quibus falcidia relinquitur ex bonis matris, sive testata sive intestata decesserit, ob rationem *d. l. quisquis* itidem expressam in verb. *ad Filias sane*, ad quam mitigationis speciem etiam referunt dotem profectitiam, quod illa publicationi bonorum sit exempta si ante contractum Crimen fuerit data *Petr. Theod. d. l. lit. K.*

(4) Liberi quoq; Reorum Crim. L. M. perpetua notantur infamia, quæ eos etiam manet ut complices delicti, qui

pro talibus intervenire tentant *d. l. quisquis §. deniq. jubemus.* Quod secus est de iis, qui hujus Criminis infimulati, non convicti sunt. Quid autem dicendum sit de liberis Emancipatis, Naturalibus, Spuriis, Adoptivis, nec non Nepotibus, num & ad illos pœna Parentum se porrigat, vide *Petrum Theodoricum Coll. Crim. Diss. 5. th. 6. lit.* ubi nempe recte demonstrat: ad Emancipatos, Spurios, Adoptivos, & Nepotes hanc pœnam ut odiosam non extendendam. Quid etiã sentiendum sit, de Liberis reorum Majestatis natis ante Crimen à Parentibus commissum? majus dubium est, Et quamvis sint qui benigniorem putent sententiam esse, quod in eos non sit extendenda pœna hæc, cui sane libens subscriberem cum *Petr. Theod. d. l. diss. 5. th. 6.* & vel ex eo quod teste *Perez. ad C. h. t. n. 26.* mores nostri mitius agant cum filiis perduellium, attamen si cum Jure Civili loquamur, nimis generalia videntur esse verba *l. quisquis C. ad Legem. Juliam Majestatis.* vide *Boecorum de Crimine Lesæ Majestatis cap. 3. cap. 62.* Denique (5) Ad Pœnam quoq; Perduellionis referenda est memoriæ damnatio, quæ non saltem in eo consistit, quod Rei nomen perpetua infamia inuratur, *Menoch. Conf. 99. n. 53. Harprecht. ad §. 3. de Publ. Jud.* Sed & ut ipsius criminis memoria extinguatur, unde hanc memoriæ deletionem alia comitari solent solennia, nominis è Publicis monumentis erasio, statuarum, ædium & monumentorum eversio, insignium gentilitiorum ademptio, corporum demortuorum combustio, & alia passim in historiis prodita territamenta, uti & hoc seculo ante aliquot annos Cromvelio celebri Tyranno post fata contigisse constat. Quæ tamen memoriæ damnatio strictè est interpretanda de Crimine Perduellionis *l. ult. ff. ad l. Jul.* nec solent locū habere in crimine commissio in inferiores Principes

cipes vel in Crimine quasi perduellionis, nec in officiales
 Caesaris commissa, sed ubi hostili animo quid fuerit
 machionatus Perduellis adversus Imperatorem vel Im-
 perium & Rempubl. *Andreas Fachineus. Controv. Jur. lib. 9.*
cap. 33.

Et tantum de Pœnis Criminis perduellionis.

Pœna Criminis L. M. specialiter sic dicti mitior est, & 25
 pro circumstantiis & qualitate, modo vel corporalis, vel
 bonorum &c. non enim semper ultimum supplicium
 est, sed etiam interdum relegatio cum infamiâ, vel Fusti-
 gatio. Si quis ergo Principi maledixerit, severâ perduel- 26
 lionis pœnâ non est afficiendus, sed pœna est arbitraria,
 & in arbitrio ipsius sæpè est, cui ita maledictum, cujus est
 pœnam irrogare, quod si levis sit injuria in Principem,
 bene facit si ex clementia det veniam, quod maledicta
 negligere sit alti animi, tyrannici severè punire, ut Politi-
 ci suadeant Principem humiliorum maledictis commo-
 verè non debere Exemplo Philippi Macedonis, Dionisii
 Nervæ, & aliorum virtute dignorum Principum & Impe-
 ratorum, unde Socrates in eam sententiam raptus, quod
 Viro Magno maledici sint utiles de quibus vide *Tiberium*
Decian pluribus differentem lib. 7. cap. 50. Si quis Imperatori male-
dixerit. Et sanè Aurea sunt verba l. 7. C. Ad L. Juliam Impera-
torum Theodosii, Arcadii & Honorii. Si quis modestia nescius &
pudoris ignarus, improbo petulantig, maledicto nomina nostra cre-
diderit laceffenda, ac temulentia turbulentus obirectator tempo-
rum nostrorum fuerit, eum pœna nolumus subjugari, neq; durum
aliquid nec asperum sustinere volumus. Quoniam, si id ex levitig-
te processerit, contemnendum est, si ex insaniâ, miseratione dignis-
imum: Si ab injuriâ, remittendum, unde integris omnibus hoc ad
nostram scientiam referatur, ut ex personis hominum dicta pense-
mus, & utrum pratermitti an exquiri debeant, censeamus.

Quorsum referri & illud *Seneca* potest de *Clementialib. 2.* Principis majestatem majorem, quam ut cujusquam contumelia minui possit, & illud, *Taciti. Convivia spreca exolescunt, si in scaris agnita videntur.* Et laude dignus à *Svetonio cap 75.* censetur, *Julius Imperator, qui, si qua cogitarentur adversus se aut dicerentur, imbibere maluit quam vindicare.* Interim tamen cum ingens crimen sit Principi maledicere, sacris literis à *Mose* prohibitum & *Canonibus* anathemate dignum; Proinde si notorium sit delictum, arbitrarie punitur, interdum relegatione perpetua, fustigatione vel damnatione in metallum, cui poenæ hodiè similis est in *Electo-ratu Saxoniae* condemnatio ad certos annos, auff den *Festunge Bau.* Qualis poena non ita pridem in *Facultate nostra Juridicâ* dictata est *Rustico* cuiquam, qui non solum in *Magistratum* sed præcipuè in *Serenissimum Electorem Saxoniae* virulenta & maledica evomuerat verba & convicia, Et à *Scabinis Lipsiensibus* fustigationem vel pecuniariam poenam vel carceris pro circumstantiis sæpe dictitatum præjudiciis confirmat *Bened. Carpz. p. 1. quest. 1.* Quanam autem poena locum habeat in *Crimine falsificationis* monetæ, sive ea fiat in materia sive forma latè explicat. Idem *Bened. Carpz. p. 1. quest. 42. & 43.* nec non *Tiberius Decianus Tract. Crimin. l. 7. cap. 23. & 24. & seqq. De falsæ monetæ Crimin.* Reliquæ poenæ *Criminis L. Maj.* specialiter dicti sunt *arbitrarie.*

27 Sequitur nunc paucis de *Singularibus* in *Judicio* hujus *Criminis* dispositis. Et cum de hisce pleni sint *Criminalistarum* libri; per transennam tantum ea perlustrabimus. Sunt autem potissimum sequentia. (1) *Famosi*, qui jus accusandi non habent, sine ullâ dubitatione admittuntur ad hujus *Criminis* accusationem *l. 7. famosi ff. ad L. Julianam. Maj. imo & milites, socii contra socium Bar-tol.*

*vol. in l. eor. ff. de pœnis. §. 1. ibid. imo Servi contra Dominos, Libertii contra Patronos. §. 2. servi ibidem. Mulieres quoq; audiuntur, exemplo ejus, quæ Catalinariam conjurationem detegendo Marcum Tullium Ciceronem instruxerat. l. 8. In questio. ff. ibid. item testes singulares Anchar. cons. 266. Imo suspecti non sunt, sed præmiis alliciuntur hoc Crimen indicantes, ad eò ut in contrarium pœnâ, quamvis non ordinariâ, tamen extraordinaria non sint immunes, qui complices conjurationis reticuerunt *Ægid. Boss. de Crim. L. Maj. n. 47.* Vide de hac quæstione plura in *Petr. Theod. Coll. Crim. disp. 5. tb. 6. li. H. (2)* Quamvis alia Crimina mortalitate expirent, *l. ult. ff. h. t.* Majestatis tamen Rei etiam post mortem tenentur, post mortem etiam hoc Crimen moveri incipit, memoria defuncti damnatur & bona confiscantur ex eo tempore, quo hanc cogitationem subierunt *l. 6. Majestatis & 7. meminisse C. ad L. Juliam Majest. l. ult. C. eod. (3)* Ab eo tempore, quo quis tale Crimen contraxit, neq; alienationes, neque donationes, neq; manumissiones valent, nec eis recte quid solvitur *l. 8. & ult. C. h. t. l. s. quisquis §. 4. eod.**

(4) Cognitio in hoc Crimine videtur solius esse Principis *2. F. 5. 6. Decianus lib. 7. cap. 37. n. 31.* ad eò ut concessa Jurisdictione cum mero & mixto imperio cognitio de hoc Crimine non dicatur concessa *Luc. de penna ad l. 1. de priv. Schol. (5)* Sola suspicio & affectus vel voluntas Criminis punitur *l. 5. quisquis C. h. t. (6)* Accusatio & inquisitio simul locum habet, nec altera per alteram tollitur, inquiritur famâ non præcedente, processus est summarius, Advocatus non admittitur, ultra 20. annos instituitur accusatio. (7) Reus non tutus est in Ecclesiâ sed extrahitur. (8) Torquentur personæ, quæ alias nequeunt, imo ipsi accusatores & Rei. (9) Non datur Appellatio. De quibus & aliis

100 DE CRIMINE LÆSÆ MAJEST. HUMANÆ.
& aliis multis vide Tiberium Decianum lib. 7. cap. 37. de Atrocitate & singularibus læsæ Majest. Petrum Theodor. Colleg. Crim. disp. 5. hb. 7. Ant. Perez. ad tit. C. ad L. Jul. Majest. n. 9. 10. 11. & seqq. Wesenb. in parat. ff. ad l. Juliam Maj. n. 6. & ad eundem Habnium & Bachov. Zoesium ad tit. ff. ad L. Jul. M. n. 10. 11. & seqq. Egidium Boss. Pract. Crim. n. 112. 113. 114. & seqq. Jod. Damhoud. Pract. Crim. cap. 62. numer. 10. 11. 17. & seqq. præ cæteris omnibus consule Henricum Bocer. cap. 4. de judicio Majestatis. Ubi omnia requisita Processus ejus enarrat.

Et Hactenus de Crimine L. M. Humanæ.

CAPUT SECUNDUM

De

CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS DIVINÆ.

SECT. I.

De

SORTILEGIO, INCANTATIONE MAGICIS ARTIBUS ET PACTO CUM DEMONE.

SUMMARIA.

1. Continuatio.
2. Crimen L. Maj. divina omnia ea, quæ in homines committuntur Crimina, atrocitate superat, propter objecti excellentiam & omnium Majestatum Majestatem, quæ leditur.
3. Juris Consultus & Judex secularis non tractat vel cognoscit de delictis occultis nec levioribus quotidianis.
4. Sed de publicis delictis & gravioribus, quæ cum summo scandalo conjuncta sunt & directo vergunt in Majestatis di-

tis di-

eis divina deminutionem.

5. Talia sunt: Incantatio, Sortilegium, Hæresis, Apostasia, blasphemia, perjurium & dicuntur etiam publici iudicii.

6. Uti Perduellio inter Humanæ, sic Magia & Incantatio diabolica, seu pactum expressum cum Diabolo inter divinæ L. M. Crimina omnium est horribilissimum.

7. Uti aliorum delictorum, ita quoque Incantationis & Sortilegii dantur gradus & species.

8. Jure civili varia inveniuntur nomina sortilegii, aruspicium, Ars Magica, augurium, vaticinium, divinandi curiositas, malefica artes &c.

9. Sortilegi, mathematici, aruspices, Augures, vates, Magi, Chaldei, Prestigiatores, Necromantici: Fœminæ: Lamiæ, Saga, Striges.

10. Jure Civili Romano t. t. C. de malef. & mathematic. non solum usus & exercitium, sed malarum artium etiam scientia variis pœnis fuerunt prohibita.

11. Speculum Salomonis Judæorū.

12. Ob abusum Matheſeos, nobilissima scientia & Astrologia vocabulum mathematici in pejorem sumitur. interdum partem, ad exemplum magorum.

13. Spirituum Familiarium vel bonorum Geniorum auxilio admiranda perpetrare Crimen est L. M. divinæ.

14. Judicis & secularis & Ecclesiastici est, omni studio superstitionibus & idololatriis contravenire.

15. Revera dantur Incantationes & Maleficia, nec pro somniis & fascinationibus saltem habenda sunt:

16. Magos & Sagas dari, Sacra edocent litera, præter quotidianam experientiam.

17. Astutia Diaboli est, sub specie pietatis & recti quasi non sentientes homines fallere.

18. Tolerandi non sunt Libri Magicam ut artificium approbantes.

19. Magia & sortilegii infinitæ sunt species, ut nec nomina sufficiant.

20. Circa pœnam Incantatorum

○

distin-

- distinguitur, num pactum cum Diabolo initum, nec ne, item num datum sit damnum, nec ne.
21. Detestanda est expressa abjuratio DEI Salvatoris, baptismatis & pietatis, & societatis facissima inita cum Diabolo sanguine oppignorata Christiano.
22. Ignis poenâ hodie afficiuntur, qui expressum fecerunt pactum cum Diabolo, etiamsi non nocuerint Jure Saxónico & Sanctione Carolinâ.
23. Si damnum sit datum sine pacto, poena gladii est.
24. Artes diabolicas exercens, itidem gladio punitur.
25. Qui superstitiosis remediis utuntur ad curandos morbos, vel res perditas recuperandas, arbitrariè puniuntur carcere, relegatione.

Majestatem uti duplicem divinam & humanam, ita etiam ejus læsæ crimen bifarium esse, ostendimus cap. 1. Sect. 1. & cum de Crimine L. M. humanæ pro institutione præcedenti capite sit dictum, nunc ad ejus delicti excusionem nos conferimus, quod Majestatis læsæ appellatur DIVINÆ. Quod omnium videtur criminum esse gravissimum. Jodoc. Wamboud. præxi Crimin. cap. 61. num. 1. & atrocitate sua reliqua omnia, quæ in homines committuntur, facile superare; Cum enim enormia delicta quotquot sint, Teste Tiber. Decian. tractat. Crimin. cap. 6. lib. 5. Aut in DEUM, aut in Principes & Magistratum, aut in Parentes, aut in Proximum aut deniq; in nosmetipsos committantur, quis dubitaret, illud quod in Deum fit, omnium propter objecti excellentiam & summam majestatem illius, qui offenditur, esse gravissimum, imo acerbisimis poenis afficiendum. Hic autem præmittimus: quod JCTI non loquantur de eo delicto seu potius peccato, quod occultè in Deum committitur, cum hoc pertineat ad forum poli & conscientiæ, & occultorum solus Deus ut

γνώσις sit cognitor & Judex, nec secretorum cognitio ad
 forum pertineat humanum *Jodoc. Damboud. Pract. Crimin.*
cap. 61. §. 7. & 8. Neq; trahimus huc Decalogi quasvis trans-
 gressiones & delicta minutissima, quæ confessionariè re-
 levare & in quæ etiam pii quotidie incidere solent, die
 verborgen *Fehle und geringe Sünden* / sed ea, quæ animo
 malitioso & impio publicè in Deum patrantur, in ocu- 4
 los incurrunt, & scandalum præbent, nec non in injuri-
 am & deminutionem immensa illius potentia, sapien-
 tia, clementia & bonitatis redundant, & ideò merito ad
 Publica referuntur delicta publicis pœnis in terrorem a-
 liorum à Magistratu etiam Politico hodiè coercenda, uti
 sunt; *Incantationes, Sortilegia, Pacta cum Dæmone, divinationes,* 5
Hæreses, Apostasia, Schismata, Simonia, Blasphemia, perjuria: quæ
 omnia certo modo dicuntur Publici Judicii delicta. *Tiber.*
Dec. lib. 5. cap. 6. in fin. Nos de singulis pauca dicemus, ini-
 um capientes ab eo, quod nostro quidem judicio inter
 illa omnium est maximum, ad ea postmodum, quæ mi-
 nora sunt, descendentes. Quemadmodum nempe ex 6
 Criminibus L. M. humanæ Perduellionis gravissimum est,
 quo factò & animo juri Principis & Reip. hostili animo
 quid detrahi tentatur, ita non injustè quis dixerit, ex C. L.
 M. divina illud omnium atrocissimum, quo homo ad
 imaginem Dei creatus, ab eo redemptus & sanctificatus,
 ab Imperio cœlesti & regno, cui destinatus erat, secedit,
 honori divino detrahit, & in Diaboli potestatem partes-
 que execrando factò & impurissimo animo deflectit.
 Quod ipsū contingit maleficis incantationibus, sortile-
 giis, artibus Magicis, & vel expressis vel implicitis pactis
 cum Diabolo, Dei & Christianorum omnium hoste in-
 fensissimo. Prout verò in aliis delictis, ita in hoc contin-
 git, ut variæ sint ejusdem species & cum aliis delictis, ho-

7 micidio, damno, & ceteris multis concurrat. Sortilegium itaq; generaliter sumptum, omnem denotat superstitionem & secessionem à Deo illiusq; sancto verbo, & describitur quædam superstitio illusoria & summè noxia, quâ utitur homo Dæmonis ministerio, vel vanis artibus.

8 26. qu. 5. in sum. & 26. qu. 2. c. *Qui sine salvatore*; Et hoc sortilegium vocatur t. t. C. de Malef. & Mathem. ars mathematica damnable & omnino interdicta l. 2. ibid. aruspicium l. 3. Artes magica l. 4. Augurium, vaticinium l. 5. pr. & Divinandi Curiositas ibid. male artes l. 6. magica Carmina l. 7. somnia, Ars divinandi ibid. Artes malefica. Et complices seu Autores hujus delicti, Malefici, Mathematici, Aruspices, Augures, vates, Chaldei, Magi, l. 2. 3. & 5. C. de Malef. & Mathem. item si fœminæ sint, dicuntur Lamia, Saga, Stryges, Dantur etiam Præstigiatores Augenblender die sich unsichtbar machen Necromantici. Germanis vocantur die Warsager / Zeichendeuter / Christallenkuefer / Zigeuner / Segensprecher / Wettermacher / Schwarzkünstler / Hexenmeister / &c. Et hoc Crimen Sortilegii in Rep. Romanâ

10 ab Imperatoribus Christianis, Antonino, Constantino, Constantio, Valentino & Valentio, Theodosio & Arcadio aliisq; severis pœnis fuit animadversum, & illarum artium prohibitarum doctrina severè prohibita tam discendo quam docendo l. 8. C. de t. Poena enim aruspiciis vivi comburium, deportatio autem in insulam in eum dictitata, qui tales advocaverit præmiis vel suasionibus, Accusatori præmio relicto l. 3. C. eod. Severissimis quoq; pœnis vindicanti scientiam & artes magicas, si iis accincti contra salutem hominum quid moliti sunt, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse detecti. l. 4. C. eod. & l. 5. in Magos gladii, poena. l. 6. feralis pestis id est ignis, exprimitur. Imo Magi aculeo dediti & lacerati sunt l. 7. nec pœnis immunes fuerunt etiam illi, qui elementa turbare, id est Chimiam prohibita

tam & Alchymistiam exercuerunt die Goldmacher / ut explicat, *Dyonisius Gotofred. ad l. 16. C. h. 1. & natura peregrini dicuntur, qui ventos, imbres, grandines excitare solent.* Quorum omnium magicarum artium & superstitionum non solum usus & exercitium sed & scientia fuerunt interdita. *l. 4. C. de Maleficijs & Mathem.* Celebres quoq; ob has artes Magicas habentur Judæi, quas ex libro, quem Speculum SALOMONIS appellant, se addidicisse gloriantur. Considerantes jam seculi nostri pravitatem & mores vendi in Germaniâ perverissimos: & inter Christianos quam plurimos non solû *incantatores, Magos, Veneficos Sortilegos, Sagas probdolor deprehendemus*, infinito numero; sed & more seculi Romani & instar Chaldæorum quoq; alijs illicitis artibus deditos inveniemus: ut dentur, qui nimis speculationibus Astrologicis & thematibus condendis Nativitat stellen / seu etiam arti Chiromantica vel Physiologica, quæ omnes per se honestæ jucundæ & licitæ sunt imo laudabiles *l. 2. C. de malef. & math.* indulgentes, talia affectent & promittant, quæ non nisi ope & ministerio Dæmonis præsciri vel certo prænunciari possunt, vel quæ omnia vaticinari ad minimum literis divinis & Providentiæ divinæ est contrarium. Vide de hisce & alijs ejusmodi vaticinijs Astrologicis D. Arnoldum Mengerling in Scrutinio Conscientiæ cap. 5. Von den Sündenfällen und Gewissens-Fragen nach dem ersten Gebot. Quæ st. 18. Insonderheit fragen sich auch hier die Calender-Schreiber / ob sie mit solcher ihrer Astrologischen Calculation Ausrechnung und Prognostico allzuweit gehn / und auch von solchen Sachen judicirn und prognosticirn wollen / welche Gott seiner Providenz vorbehalten / und in seinem Rath und Willen allein bestehen. Ubi ex Frantzio Theologo d. Script. Sacr. lect. p. 361. deducit quam impiè hoc fiat. Item vide

vide 22. Gewissens Frage: Ob du aus Aberglauben / Fürwis /
 oder andern Ursachen bey den Astrologis und Sternsehern
 dich umb zukünfftige Dinge Berichts und Rathes erholet / di/
 den deinigen oder andern Nativität stellen und von zukünfftigen
 Lauff des Lebens / Glück oder Unglück aus des Himmels Lauff
 gewissen Unterrichte / Zeugniß und Verzeugniß abfassen und be-
 schreiben lassen. Vide etiam Beat. Lutherum Tom. i. Lat. p.
 119. verb. Mögen derowegen sich die jenigen sich allhier wol
 prüffen / die nicht allein sich Nativitäten stellen lassen / sondern
 auch jährlich darin sehen / wie es ihnen in diesem und jenem Jah-
 re gehen werde / solch Smirement gleichsam als ein Oraculum
 Delphicum consulirende. Ex quo ab su Matheseos titulus
 13 de Maleficis & Mathem. occasionem sumpsit. Nec mi-
 nus contra Deum peccare videntur illi, qui Spirituum fa-
 miliarium auxilio, vel Geniorum & bonorum spirituum
 cum Cardano Filio ad scientiarum culmen ascendere
 allaborant. De quibus vide prælaudatum D. Mengerin-
 gium cap. 5. quæst. 27. in verbis: Studenten und gelehrte Leu-
 te fragen sich / ob sie Spiritus familiares gehabt / derselben assi-
 stenz und Dienst sich zugebrauchen und beflüssigen wollen /
 durch sie destomehr Weißheit / Geschicklichkeit / Kunst / Sprach /
 verborgener oder zukünfftiger Dinge Erkändniß und Wissen-
 schafft zuerlangen / oder auch ob sie solcher Spirituum familia-
 rium Gemeinschaft / Hülf / Beystand und Gebrauch / obs
 nicht unrecht und wider Gott / etc. gebilliget und versichern
 wollen / Ubi hæc Navarri in Enchir. c. ii. n. 26. habet verba:
 Circa quod nullatenus excusamus, qui non puniunt eos,
 qui hujusmodi Dæmonibus familiaribus utuntur, sed
 potius expetunt ab eis, certiores fieri de his, quæ alibi ge-
 rantur &c. Et quæ aliæ sunt Diaboli mille variæ artes,
 quibus vel gloriæ, vel pecuniæ cupidos inescare solet
 quotidie, juxta Drexelii effatum, quod Diabolus aut auri-
 ficem

ficem aut Cupediarium agat & homines vel vitiiis vel
 deliciis vel artificiiis fallat. Quibus tamen & aliis insidiis 14.
 non solum Ecclesiastici, sed & secularis est Judicis in pri-
 mis viis occurrere, cum ex hisce & talibus initiis malo-
 rumq; feminibus, magna delictorum & idololatriarum
 nasci soleant colluvies. Et sane admiratione dignum est, 15.
 dari inter Christianos etiam, qui dubitare audent num re-
 vera Maledici & Sortilegi sint & existant? Cum quotidia-
 na experientia & tanta Sagarum & Maleficorum copia i-
 gni fumoq; combusta de eo Crimine non occulto sed
 manifestissimo loquatur. Quid enim *Wierio Mago de prestigiis*
daemonum aliisq; sit respondendum, qui pro somnariis
 imaginibus & fascinationibus hæc interpretantur quæ
 Lamia Melancholicis similes sæpe enarrant, de migra-
 tionibus ad campum Elisum, montem den *Blockberg*/
 quod ipso dicente Luthero transvectiones per aerem
 sint somnia diabolica, prolixè suppeditat, & tam ex Theo-
 logorum quam Jurorum scriptis evincit variis argumen-
 tis pro more solidè & perspicuè *Bened. Carpz. Pract. Crim.*
pt. 1. quest. 48. n. 39. & seqq. Consule etiam scriptum peculiare
 Bodini de *Demonomâ*, & latissimè vide *Petr. Theod. Colleg.*
Crimin. Disputatione 7. th. 3. lit. F. & seqq. Item *Johan. Georg. Gæ-*
delman. in tract. de Mag. Venefic. & Lam. Fridericum Baldwin. in
Casib. Conf. Lib. 3. cap. 5. cap. 13. Et magos veneficos & sagas 16.
 dari, satis evincunt sacra litera *Exod. 22. v. 18. Levit. 20. v. 26.*
1. Samuel. 28. Jerem. 19. & 15. Scilicet, hæc astutia est Diaboli 17.
 mille artificis, quod sub specie artis & boni genii fallat,
 imo quod incantationes & maleficia sua exercent sub
 falso quodam & ficto religionis nomine, Apostolorum
 vel Divorum autoritate, unde certas precationum for-
 mulas, imo Evangelium Johannis, *Im Anfang war das*
Wort cum clave hæreditariâ *mit dem Buch lauffen* / & aliâ
 pieja-

pietatis officia adhibere solet, quo scilicet in cautis hujusmodi religionis ac pietatis specie facilius imponat & ad suam, desertâ verâ in Christum, fidem nequiter seducat, quasi Dei præsidio omnia administrantur & tanquam omnia sint sancta pia & salutaria, cum tamen ficta sint falsa superstitiosa & diabolica *Jodoc. Damboud. Pract. Crim. cap.*

18 *61. num. 83.* Ejusdem astutiæ diabolicæ assignatur, quod etiam Christiano nomine insignitos instruat, qui modis omnibus incumbant, ut Libris publicè editis Magos communes humani generis hostes tueantur, De quibus rectè Bodinus ait & invehitur Satanam, eos inspirasse promulgandis tam bellis libris *Daniel Moller. ad Const. Elect.*

19 *2. p. 4. n. 1.* Verum cum hujus Criminis species infinita sint & teste *Dambouder. d. l. n. 84.* istius diabolicæ superstitionis nomenclaturæ tam variæ, formæ præterea non minus dissimiles quam diversæ, ut singulas suis certis ac peculiaribus definitionibus demonstrare, laboris foret, cum infiniti, tum supervacui, hoc de Crimine etiam integri extent multorum Commentarii, dicemus præsentis Sectione saltem adhuc pauca de Incantatorum seu Sagarum & Maleficorum pœnis: præsertim verò jure moderno, cum de juris Civilis Romani pœnis supra sit dictum uberius.

20 In insigendâ autem pœnâ, ante omnia in hoc Crimine distinguendum, num Incantator aut Saga expressum inierit pactum cum Diabolo, an verò citra illud illicitis magicisque artibus fuerit usus (2) num Incantatio & ars magica adhibita sit in damnum proximi, vel non: Quæ ratione rectè Magia à *Perr. Theodor. Coll. Crim. disp. 7. th. 3.* distinguitur in *operationem*, & *divinationem*. Expressa pacta sunt cum Dæmone (quæ non sine horrore à Christiano leguntur & audiuntur) quando inter incantato-

tato-

tatorem vel Lamiam Dæmonemq; diserta verborum stipulatio intercedit, quâ Deum Creatorem, item Salvatorem & Sanctificatorem, Baptisma, divinum Cultum cum omni pietate abnegando, se Diabolo devovent, quoad corpus & animam, obedientiamq; eidem & vicissim Diabolus ei promptum obsequium in satisfaciendo subditi appetui per impositionem meram pollicentur. Quod pactum vel immediatè & expresse ipsi Diabolo fit, saepe etiam cum detestanda Christiani sanguinis à Christo redempti oppignoratione, mit Verschreibung mit seinem eizgen Blute/ vel reservatione aliquot guttularum sanguinis, si homo miser literas pingere nesciat, celebratur, interveniente arrâ, ad certum tempus, vel indefinitè, & vel in congregatione Sagarum & maleficorum vel privatim in ædibus, Vel etiam mediantibus sagis & sortilegis, & sic tacitè. Vide *Philp. Ludov. Elich. in demo. qu. 4. per tot.* nec non *Paul. Chirl. in tract. de Sortileg.*

Cum itaq; Magorum & incantatorum omnium maxime sint abominandi, qui foedus aut societatem cum Diabolo contrahunt, horum pœna ignis est sive nocuerint & damna dederint, sive non, *Const. Elect. p. 4. 2. pr.* in verbis: Alldieweil die Zauberey hin und wieder einreißt / und nicht allein in gemeinen beschriebenen Keyserlichen Rechten / sondern auch in Göttlicher Schriffte zum höchsten verboten / demnach constituiren und ordnen Wir / so jemand in vergessung seines Christlichen Glaubens mit dem Teuffel Verbindniß auffrichtet / umbgehret oder zuschaffen hat / das dieselbe Person / ob sie gleich mit Zaubern niemands Schaden zugesüget mit dem Feuer vom Leben zum Tode gerichtet werden soll. *Quæ Constitutio de expresso saltem est intelligenda pacto, non de tacito vel implicito, cum in fine Constitutionis in solos sortilegos sit jamdum pœna statuta Dan. Moller. ad d. Const.*

Et hæc pœna ignis etiam hodie frequentari solita est extra Electoratum. *Benedict. Carpzov. Pract. Crimin. p. 1. qu. 49. num. 10.* Eadem pœna ignis introducta quoque est; in *Nemes. Carol. art. 109.* So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden thut oder Nachtheil soll man ihn straffen vom Leben zum Tode/und man soll solche Straffe mit dem Feuer thun. Quæ verba interpretes retrahunt solum ad eum casum ubi incantatores prævio pacto expresso damnnum dederunt. Si enim expressum pactum non præcesserit secundum Electoralem Constitutionem alia pœna locum habet, ut modo dicitur. Ampliatur hæc sententia, quod locum habeat pœna ignis in Magis & fagis pacto expresso Diabolo deditis (1) etiam si damnnum nullum sit datum, propter expressa Constitutionis verba, (2) Si Magi vel Sagar rem veneream exercuerint cum Satanâ, qui coitus nefandus pejor est pacto expresso vel ei æquiparandus. (3) Nulla habita sexus differentiâ, num masculi vel foeminae sint *Benedict. Carpzov. Pract. Crimin. p. 1. quæst. 49. num. 45. & seqq.* Et tantum de prima incantationis specie ejusque pœna, quæquod justa satis sit, pluribus evincit. Idem *Carpz. d. l. n. 18. & seqq.* quod multa delicta concurrant.

23 Secundus casus in allegata *Elect. Constit. 2. p. 4. hic est.* Si damnnum sit datum per incantationem sed sine pacto expesso cum Diabolo, & verba de hoc casu clara sunt: *Do aber aufferhalb solcher Verbindnisse jemens mit Zauberey Schaden thut / derselbe groß oder geringe / so soll der Zauberer Mann oder Weibs Person mit dem Schwerdt gestraffe werden.* Qui textus juris Saxonici lucem præbet illi loco qui habetur *art. 15. Landr. lib. 2.* ubi generaliter dicitur. *Welcher Christen-Mann oder Weib ungläubig ist oder mit Zaubern umgêhet oder mit Vergiffung / und der überwunden*
 wort

worden / die soll man auff einer Horden brennen. Quod nempe intelligendus hodie sit & locum habeat de eo casu quando expressum pactū præcessit, vel damnum revera est datum & si quis magicis artibus, in aliorum perniciem fuerit usus, uti ex versione latinā demonstrat *Daniel Moller. ad Elect. Const. 2. p. 4. num. 6.* Et in eo convenit quoq; ordinatio Carolina: excepto eo, quod & hoc casu videatur ignis pœna locum habere. Huic Constitutioni Electorali non absimilis est *l. 4. C. de malef. & matrem.* quæ dicit eorum esse scientiam puniendam & severissimis Legibus vindicandam, qui magicis accincti artibus aut contra salutem hominum quid moliti sunt, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse detegantur. Quo tamen posteriori casu à Scabinis Lipsiensibus pœnam virgarum dictitatum dicit, propter literas amatorias maleficas, item da eine dem Gesellen auff dem Boet holen lassen / *Daniel Moll. ad Const. 2. part. 4. num. 6.* vide de posteriori casu *Matthiam Coler. decis. 180. part. 1.* Et *Bened. Carpzov. Pract. Crimin. p. 1. qu. 50. num. 61.* Sicuti etiam hæc pœna expressa videtur *l. eorum & nemo C. de malef.* Nam l. c. ubi ignis dicitur, loquitur de eo casu quando ædes polluuntur fortilegiis. *Matth. Col. part. 1. decis. 180. num. 3.* Et hæc gladii pœna locum habet (1) in Masculis & Fœminis (2) non attento medio quo damnum datum (3) nec etiam num damnum magnum seu exiguum *Bened. Carpz. pract. Crimin. p. 1. qu. 49. num. 10. & seqq.*

Sequitur nunc Tertius modus incantationis vel fortilegii, si artes magicas & diabolicas quis exercuerit²⁴ licet damnum nullum dederit. Et pœna itidem gladii locum habet. *Constit. Elect. Sax. 2. p. 4.* in verbis: Desgleichen ordnen / sehen / etc. daß auch die so sich unerssehen aus des Teuffels Rünsten wahrzusagen / oder mit dem Teuffel durch
P 2 Christi-

Christallen / oder in ander Wege Gespräch / oder dergleichen Gemeinschaft zu halten / und sich von ihm beschehener oder zukünftiger Ding Berichte und Erforschung zu erhalten mit dem Schwerdt vom Leben sollen gestraffet werden. Et hæc Poena conformis est Juri Divino & Civili *Levit. 20. vers. 6. vers. 27. Deut. 18. vers. 10. Exod. 22. v. 18. l. 5. C. de malef. & matib. Vide Moll. & Carpzov. ad b. l. Ordin. Carol. art. 109. verò hæc poena arbitraria est in verbis: Wo jemand aber Zauberey gebraucht und damit niemand Schaden gethan hat / soll sonsten gestrafft werden nach gelegenheit der Sache / darinnen die Urtheiler Raths gebrauchen sollen.*

25 Circumstantiæ nempe probe à Judice considerandæ sunt, Nam qui solum remediis superstitiosis utuntur ad curandos morbos, aut ad res deperditas recuperandas, die Segensprecher oder klugen Frauen non sunt simpliciter poena capitali afficiendi sed arbitraria carceris, relegationis, fustigationis. *Vid. Benedict. Carpzov. & Moller. ad b. Constitut. De Processu singulari circa sagas observando consuli potest Ottho Meland. tract. de Crimin. adversus sagas Process.* Et sanè si in ullo delicto in hoc caute judex procedat, & de corpore delicti constet antequam judex procedere possit: *Bened. Carpzov. Pract. Crimin. p. 1. quest. 49. num. 59.*

SECTIO II.

De

BLASPHEMIA.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| 1. Ut humana, sic & divina
Majestas & factis & dictis
leditur contumeliosis. | est, cui reliqua comparata le-
via sunt. |
| 2. Blasphemia grave delictum | 3. Blasphemia descriptio desum-
pta ex ordinatione provin-
ciali |

- ciali Electoris Mauriti de Anno 1550.
4. Novella Imperatoris Justiniani 77. c. 1. pietatem redolet Principis & blasphemiam severis poenis interdicat.
5. Principi seculari omnino incumbit religionis & pietatis curam gerere, quod illa sit nobilissimum regni Diadema & firmissimum Reip. fulcrum.
6. Blasphemia immediate in DEUM omni jure capitalis est.
7. Levitic. 24. vers. 13. Processus Criminalis cum omnibus requisitis super hoc Crimine Blasphemia extat.
8. A Capitali poena Blasphemiae LL. humanis fas non est recedere.
9. Jus Canonicum hoc Crimen etiam a seculari Judice puniendum permittit.
10. Jure Civili Romano Blasphemia quoque ultimum supplicium poena est.
11. Laudabiles variorum Imperum admodum Crimen Laesae Majestatis humanae non solum facto sed & dicto committitur, & illud
- ratorum Constitutiones in Recessibus Imperii ad sunt in denen Poltey, Ordnung / Tit. von Goteslästern.
12. Jure Sax. illa approbata.
13. Contumelia Sanctis vel imaginibus eorum illata puniuntur sed non capite.
14. Cum Reformatis imagines Sanctorum non penitus projiciende.
15. Nec honor divinus nec contumelia sanctis inferenda.
16. 17. Poena gladii in blasphemis quando extendatur & mitigetur.
18. Mediate blasphemia desfluchens poena arbitraria est.
19. Poena capitalis male dicitur in desverudinem abuisse.
20. A Serenissimo Electore nostro JOHANN-GEORG II. poena Blasphemis renovata & multis laudabiliter aucta.
21. Poena eorum, qui blasphemantibus interfunt & eorum blasphemias reticent nec Judici revelant.

Perduellionis, hoc simplicis Criminis L. M. nomine insignitur, Eodem modo, non solum Majestas divina facta & pacto cum damone, incantatione, abjuracione & per magicas artes damni illatione, sed & quoad honorem, qui ei immortalis, ob tot tantaq; beneficia debetur, dictis contumeliosis, læditur, spernitur, & contemnitur, quæ læsio, quæ verbis fit, *Blasphemia* dicitur, cui omne delictum aliud comparatum, leve est, *Lucas de Penn. in l. omnes Judices versiculo secundo quaritur C. de delator. lib. 10. Daniel Moller. ad Const. Elect. 1. part. 4. num. 2.* Post incantationem itaque secunda species Criminis Læsa Majestatis divinæ *Blasphemia est dictum contumeliosum in Majestatem divinam Petr. Theod. Colleg. Crimin. Disp. 5. th. 3.* quo nempe Deo vel tribuitur, quod ei non convenit, v. c. injustitia, impotentia, crudelitas &c. vel adimitur, quod ei tribuendum, providentia, justitia, omnipotentia, Qualis descriptio blasphemix habetur in Ordinatione Provincia-
li Sächsl. Landes Ordnung Electoris Mauricii Anno 1550. Tit. von Gotteslästern / Fluchen und Schweren / in verbis : Welcher Gott lästert / Gott zumisset das seiner Göttlichen Majestät nicht bequeme / oder mit seinen Worten / daß jenige das Gott zukäme / abschneiden wolte / oder ob Gott nicht ein Ding vermögte / oder nicht gerecht were / oder sonst dergleichen freventliche verächtliche Lasterworte ohne Mittel in oder wider Gott seine heilige Menschheit oder die Göttliche Sacramenta redet / &c. vel Creaturæ attribuitur quod Dei est. *Nov. 77. cap. 7. §. 1. Rubricā ut non luxurientur homines contra naturam nec jurent per Capillos Dei aut aliquid hujusmodi neg. blasphementur in DEum. 3.* Quæ sane Novella pietatem Principis redolet, utpote cui Studio fuit, ut subditi & crediti à Deo bene vivant, & ejus inveniant placationem, non contemptum. Verba autem de Blasphemia Impera-

peratoris Justiniani hæc sunt, quæ digna censuimus ut
 integra ascribantur: Et quoniam quidam blasphema verba & 4
 sacramenta de DEO Jurant, DEum ad iracundiam provocantet,
 injungimus istis ab hujusmodi & aliis blasphemis verbis
 & non jurare per capillos & caput &c. Si enim contra homines
 facta Blasphemia impunita non relinquantur, multo magis, qui
 ipsum DEum blasphemant, digni sunt, supplicia sustinere. Pro-
 pter diabolicas enim & illicitas luxurias & hujusmodi impio-
 s actus, ira DEI justa exardet, & civitates cum habitatoribus ea-
 rum pereunt: ut docemur sacris literis, & propter talia delicta &
 fames, & terra motus, & pestilentia sunt: Et propterea jube-
 mus abstinere ab illis, ut non suas perdant animas, si autem &
 post hujusmodi nostram admonitionem inveniuntur aliqui in tali-
 bus permanentes delictis: primum quidem indignos semetipsos
 faciunt DEI misericordia, post hæc autem & legibus constitutis
 subjiciuntur tormentis & ultimis subdantur suppliciis. Et si
 Prefectus noster dictas pœnas non intulerit, primum quidem ob-
 ligatus erit DEI judicio, post hæc autem & nostram indignationem
 sustinebit. Dignissima tanto religiosoque Imperatore &
 verba, Ex quibus elucescit, Principi & Magistratui omni-
 no & religionis & pietatis curam incumbere, ad averten-
 da ea mala, quæ impietatis exercitia comitari solent. Et
 sane, pietatis & veræ religionis propagationem omni-
 umq; scelerum dissipationem, Christiani Principis no-
 bilissimum esse diadema censemus, & firmisimum Reip.
 firmandæ fulcrum. Omni itaque jure capitale deli- 6
 ctum Blasphemix deprehendimus. Et jure quidem di-
 vino statuta est pœna lapidationis *Levit. 24. vers. 13.*
 & seq.

Quo sane loco notabili integer formatur Procef- 7
 sus Criminalis. (I) describitur Reus Eines Israelitischen
 Weibs Sohn/der eines Egyptischen Mannes Kind war unter
 den

den Kindern Israel (2) Exprimitur corpus delicti in verbis: der zancket sich im Lager mit einem Israelitischen Mann/NB. Lästert den Namen des HErrn und fluchet. (3) Delatores & accusatores, in verbis: da brachten sie ihn 4. Judex in verb. zu Mose (5) Captura in verb. und legten ihn gefangen. (6) Deliberatio & consultatio verschickung nach Urtheil und Recht / in verb. Bis ihnen klare Antwort ward durch den Mund des HErrn. (7) Sententia in verb. Und der HErr redet mit Mose und sprach: Führe den Flucher hinaus vor das Lager (8) Testium depositio: und laß alle die es gehört haben/ihre Hände auff sein Hauptlegen/(9) Executio sententiæ & poena. Und laß ihn die ganze Gemeine steinigen / (10) Ratio & Promulgatio legis. Und sage den Kindern Israel: Welcher seinen Gott fluchet / der soll seine Sünde tragen. Welcher NB. des HErrn Namen lästert der soll des Todes sterben: die ganze Gemeine soll ihn steinigen/wie der Frembdlinge so soll auch der Einheimische seyn: wenn er den Namen lestert / so soll er sterben ex quibus (11) concluditur in delictis fortiri quemlibet forum.

- 8 Et sane quid hoc iudicio super Crimine Blasphemie à Deo & Mose habito iustius esse possit, non deprehendo. Et ab hoc jure divino, quo poenæ Capitalis in Blasphemantes statuta est, nec LL. humanæ recedere tentant nec recedunt: Cum illius non dissimulare debeamus opprobrium, qui proba nostra delevit *c. in nonnullis ext. de Judeis serv.*
- 9 Jus Canonicum, quamvis in atrocissimis quoque Criminibus nõ permittat, ut Reus Judici seculari puniendus tradatur, in blasphemie tñ, iudicio & Ecclesiastico & seculari pœnam committit: quod mixtum sit Crimen seu mixti fori: ut poena ab altero dictata alteri non præjudicet *Jodoc. Damboud. pract. Crimin. cap. 61. num. 18. vid. cap. 2. X. de maled. § cap. 51. per Capillum. 22. quasi. 1.*

Jus

Jus Civile Romanum quod attinet, itidem Blasphe-
mia crimen capitale est, *per auct. ut non luxu: contra naturam*
Coll. 6. imprimis autem Nov. 77. ubi per vocem ultimum sup-
plicium mors intelligitur l. ultimum ff. de pæn. Jodoc. Hamb.
cap. 61. num. 15.

Si Leges Imperii nostri Romano Germanici contem-
plamur, extra dubium est, pœnam Blasphemix esse capita-
lem. Salutare enim hoc de Crimine passim sunt leges la-
tæ à Christianis Imperatoribus, quæ deprehenduntur in
Recessibus Imperii sub Titulo von Gotteslästern vnd Fluchen.
Quibus omnino capitalis pœna dicitur directo in De-
um blasphemantibus. *Maximilianus Imperator Recess. Imper.*
Wurms An. 1495. An. 1500. Trevir. & Colon. 1512. in verb. So
dann solche Gotteslästern ohne Mittel in Gott geschehe / sol-
len sie an Leibe gestraffet werden. Quæ capitalis pœna confir-
mata est à Carolo V. In der peinlichen Hatzgerichts Ordn.
art. 106. & Recef. Imper. Aug. de An. 1548. Tit. Von den Gottsläs-
terungen / ubi certa pœna illis dicitur est, qui non dete-
xerint crimen, si audiverint.

Jure Saxonico Constit. Divi Augusti. part. 4. pœna capita-
lis in blasphemos confirmatur, his verbis: Die Gottsläs-
terung soll dergestalt / wie in des Heil. Röm. Reichs Pollicey/
und dann auch in unsern Landes Ordnung versehen / gestrafft
werden / jedoch mit dieser Erklärung / daß die Worte (oder Ver-
nehmung etlicher Glieder) auff die Zunge / damit solche Lästes-
rung verwürcket / zuverstehen sey. Ex quibus patet, certis cir-
cumstantiis pœnam esse capitalem Blasphemix scil. dire-
cto in Deum commissæ. Contumeliæ enim quæ Sanctis, 13
Divæ Mariæ, Imaginibus & statuis inferuntur pro bla-
sphemix non sunt habendæ nec capitales apud ipsos
Pontificios in Recess. Imp. Trev. & Colon. Wo es aber in anderer
Gestalt geschehe / soll die Straffe eine Marc Goldes seyn.
Quod multo magis dicendum in foro orthodoxæ reli-
gionis

- gionis, quo cultus sanctorum & imaginum improbat. Quamvis nec Reformatorum seu Calvinianorum sit sententia laudanda, qui cum Johan. Gæddeo imagines tollere cultum divinum appellant, quod creatura Dei per imaginum usum fiant tentationes animarum & decipulæ pedibus insipientium, & exquisitio simulacrorum initium sit scortationis: Ex quibus & aliis rationibus prohibent imagines templis & religioni adhibere *Wolfgang Muscul. in expl. 2. Prec. Decal. Johan. Gædd. Disp. 16. tit. 6. lit. G.* Quibus in nostrates Theologi sufficienter respondent, imprimis *Albert. Grauerus in Praelect. ad Aug. Conf. Art. de Cultu*
- 14 *Sanctor.* Nec nisi imaginibus vel sanctis divinus cultus attribuendus, nec iis contumelia inferenda. Unde non omnino ab omni pœna in foro quoq; Lutheranorum sunt eximendi, qui Divæ Mariæ, Sanctis, vel imaginibus dictis, vel factis injuriam intulerint. Pœnæ verò semper arbitrio Judicis sunt hoc quoque casu temperanda. Ut itaq; circa pœnas blasphemiz summatim procedamus. (1) Contumelia in Deum & blasphemia directa gladio punienda est, quod in quovis verbo injurioso & obscuro locum habet, (2) Si quis Deo maledixerit, *wer Gott fluchet* (3) etiam si illud delictum semel tantum perpetratum. (4) *Li- cet Rustici, vel Clerici, vel Judæi.*
- 17 Quæ in pœna gladii quoq; cessat ob multas etiam circumstantias (1) si ebrius blasphemaverit (2) si ex justo dolore & calore iracundiæ summo factum. (3) Si pœnitentiam statim agat blasphemans. *Bened. Carpzov. Pract. Crim. part. 1. qu. 45. n. 32. & seqq.* (4) Si aliæ circumstantiæ excusare videantur. De quibus circumstantiis passim loquuntur *Recessus Imperii præsertim de An. 1512. in verbis: Doch in dem allen soll bey der Obrigkeit angesehen werden wie schwerlich und hoch solche Gotteslästerungen und aus was Ursache die geschehen were/und darnach die Sache der Ubersahrung an*
der

der Person oder an ihr selbst gestalt were danach soll die Straffe grösser oder kleiner sürgenommen werden.

Quod si mediatè in Deum quis videatur impingere 18
 durch fluchen/ sacramentiren/ schweren/ &c. pæna arbitraria
 est. Verba Constitutionis Electoralis hæc de re ita habent:
 Wir wollen auch daß die jenige/ so bey unsers HErrn und Heyz
 landes Christi Wunden/ Marter/ Leiden/ Sacrament/ etc. fluch
 chen/ nicht allein vor die Kirchen/ Rathshäuser oder Schenkz
 stätt sollen gestellet / sondern auch an Gelde oder mit Gefänge
 niß / und wo sie von ihren fluchen nicht abstehen mit Verweis
 sung unser Lande gestrafft werden. *Vid. Ad hanc Constit. Moll.
 Et Carpzov.*

Et tantum de pænis blasphemix tam immediatè 19
 quam mediate in Deum commissæ. Quibus omnibus &
 salutaribus nil deest, nisi executio. Et utinam de Romano
 Imperio idem ferè conqueri necesse non esset, quod
Bartol. in l. Jurisjurandi 2. §. fin. C. de reb. Cred. de moribus sui
seculi dicit, quod pæna capitis de consuetudine (quæ sa-
nè pessima est & contra jus Divinum) penitus ab aulâ re-
cesserit, & passim etiam Dd. de Regno Neapolitano, Hi-
spania, Gallia, Italia testantur, quibus in locis Blasphe-
mix pæna arbitraria est. Male tunc agitur cum Rep. cum
Principes suæ Majestatis rigidi sunt observatores, divi-
nam a. illam & summam Majestatem, à quâ tot tantaq;
bona quotidie in nos redundant, susq; deq; habent. In
Electoratu nostro Saxonix per Dei Gratiâ salva hæste-
nus & illa sa hæc quoque lex fuit divina & salutaris. Uti
multis exemplis & præjudiciis confirmat. Bened. Carpzov.
Pract. Crim. p. 1. quæst. 45. n. 28. & seqq. Quibus pæna Gladii fait
 dictitata ob convitia in Deum, Salvatorem, & Spiritum S.
 impio & scelerato ore prolata, nulla habita Sexus vel
 Conditionis qualitate. Et hæc pæna capitalis blasphemix
 à Serenissimo nostro Electore JOHANNE-GEORGIO II.

una cum aliis saluberrimis constitutionibus, Anno 1661. mense Martio, fuit renovata & multis aucta. In der Politzey-Ordnung Tit. 3. von Gotteslästern/ fluchen: Quod verò rara sit executio exinde fit, quod pauci sint, qui deferant hoc crimen præsertim illud von fluchen und schweren/ quamvis supra allegato loco tit. 3. Politzey-Ordnung ein jeder schuldig selbige der Obrigkeit des Orts anzuzeigen in verb. wenn mehr dabey gewesen und die Lästerung angehört haben/ & §. 2. Würde aber ein oder der ander dergleichen Gotteslästerungen hörn/ und der Obrigkeit zur Straffe nicht anzeigen/ oder dir solten sollen nach gelegenheit der Gotteslästerung und Richterliche willkühr entweder an Geld/ oder mit Gefängnis/ oder da die Gotteslästerung unmittelbar wider den Allerhöchsten geschehen/ mit anschliessung an das Halseisen oder nach gelegenheit der Person sonst ernstlich bestrafft werden. Et verba Pio Electore porro sunt dignissima de pænâ, quæ sequuntur ibidem. Und weilen nach Anleitung Göttlichen Worts nichts abscheuligers / als die Gotteslästerung. So ist eine Obrigkeit pflichtig und verbun den sich hierinn aller unverantwortlichen conniventz (NB. wofern sie anders der zeitlichen / und an jenem grdsen Tage der ewigen Straffe zu entfliehen vermeinet) gänzligen zu enthalten/ wider diese Ordnungen einigen Mißbrauch nicht verstatten/ sondern alsobald in Krafft dieses wider die Gotteslästerung alles Ernst zu versehen. Quæ & alia saluberrimè noviter sancita in prælaudata Constitutione Electorali, secundum quam merito Judicis est & pronunciare & sententias in hoc crimine ferre in Electoratu nostro.

SECTIO III.

DE HÆRESI, APOSTASIA, PAGANISMO,
SCHISMATE, PERJURIO, VARIIS QVE EORUM
CRIMINUM PÆNIS.

SUM-

1. Tertia species Criminis L. M. Divina Hæresis est.
2. Juris Canonici & Civilis hoc de Crimine varii Tituli, nec non commentariorum moles.
3. Pontificiorum Jcutorum sententia de hæreticis & eorum pœnis, nostro foro suspecta nec accommodata est.
4. Quinam verè sint & dicantur Hæretici?
5. Species & nomina hæreticorum exprimere Theologi potius est, quam Jcti.
6. Dn. D. Abrahami Calovii sententia de vera religione & hæreticis in Ecclesia.
7. Num Reformati, Pontificii & Syncretista catalogo hæreticorum annumerandi.
8. Quoad forum soli Reformati, & Pontificii sub pace religionis continentur & in Imperio Romano Germanico tolerantur.
9. Pœna hæreticorum jure Canonico & Civili determinata.
10. Num in foro Lutheranico Hæretici ultimo supplicio mandandi?
11. Judex Hæreticorum & Ecclesiasticus & secularis est hodie Princeps jura Episcopalia exercens.
12. Perjurii Pœna arbitraria est.

Incantationem & Blasphemiam tertia nunc comitatur Criminis L. M. Divinæ Species Hæresis, perfidia in Deum Communem omnium Parentem ac dominum execranda & detestabilis, c. primum in pr. 22. qu. 2. c. quid in omnibus 32. q. 7. Extant autem de Hæreticis & eorum pœnis varii, tam in Jure Canonico, quam Civili, tituli. Vide causam 1. qua 1. De Simoniacorum & hæret. Sacram. c. 1. qu. 7. De Simon. & hæret. penit. admitt. lib. 5. Decret. tit. 7. de Hæret. & aliis in Cod. tot. tit. de Hæret. Manicha. & Samar. Nov. 109. in pr. Pleni sunt etiam passim Jcutorum Pontificiorum libri, & Interpretum, tum Juris Canonici, quam Civilis, de hoc Crimine Hæreseos, inter quos primas ex Canonicis tenet Abbas Panormitanus ad supra allegata loca Juris Canonici, inter hos a plenissime omnium hanc videtur tractare materiam

- teriam Tiberius Decianus, cujus integer Criminalium rerum Liber quintus, qui 88. Capitibus absolvitur, hac hæreseos materiâ inundatus est, Hæresium Christianarû species prolixissimè enarrando, pœnas & processus in hæreticos inquisitorium formando, cui adjungi quoq; potest. *Prosp. Farin. tract. integr. de hæret. Jodoc. Damb. pr. Crim. c. 61. Job. Bernb. DIAZ de Luco Pract. Crim. Canon. c. 14 p. 432. & seqq. Ægid. Bossit. de hæret. Lud. Carer. pecul. tract. de Hæret. & alii.*
- 3 Verum enim verò, cum una cum Catalogo hæreticorum à Pontificiis formato, pœna iis dicitata videatur nobis, qui à Papatu per Dei gratiam secessimus, non immeritò suspecta & nimium rigorosa. Nos ergo misis interpretum sententiis, quid foro & tempori nostro sit accommodatum, brevibus dicemus.
- 4 Quemadmodum v. hæresis est pertinax in articulis fidei error, *Wesemb. in π. ad tit. C. de Her.* Ita hæretici recte illi dicuntur, Qui cum Christiani sunt, vel esse volunt, & in Gremio Eccl. Constituti, in articulos tamen fidei graviter impingunt, & malitiose ac pertinaciter defendunt, vel Christi divinitatem, vel SS. Trinitatem, vel Dei omnipotentiam & omnipotentiam dictis & scriptis negando, & quamvis moniti sint in iis tamen erroribus perseverando. Vide egregiam Disp. D. Joh. Affelmanni de hæreticis NB. ferendis non auferendis. Nimis ergo latè *ex l. 2. C. de hæret. & Jure Canonico* Pontificii hæreticos appellant omnes, qui de fide dubitant, firmiter & constantè non credunt quæ Catholicæ & orthodoxæ sunt fidei, aliter S. Script. intelligunt, &c. *Anton. Perez. in C. ad tit. de hæret. n. 1.*
- 5 Quinam jam in specie sint & dicantur Hæretici? censeo magis à Theologo quam Jcto esse definiendum. Illos, quorum in Augustanâ confessione, Formula Concordiæ in Ecclesiis & Scholis nostris fit mentio crebra secundû ordinem Alphabeticum collegit *Jobannes Pontanus* Pastor quon-

quondam Neomarchia & Religiomontana: Eccl. libro quodam peculiari, quem inscripfit *Præcipuorum apud Veteres & Recentiores Hæreticorum Catalogum*. In hunc quoq; uti in universâ orthodoxa religione propaganda, ita & in hac re navavit operam *Dn. D. Abraham Calovius* in cetera fidei propugnator fidelissimus, Lumen & Ecclesiæ & Academia nostra, Compater & Collega noster honoratissimus, in *Systemate Locorum Theol. cap. 2. De Objecto Theol. gener. Relig.* ubi solidè & præcipuè deducit. (1) Unicè veram Religionem esse Christianorum, illius demonstrando necessitatem, Antiquitatem, Unitatem, veritatem, sanctitatem, Efficaciam in tranquillandâ conscientia. (2) Religioni Christianæ opponi Paganismum, seu paganam Religionem Philosophicam, fabularem, naturalemve. De quo paganismo agitur etiam *l. c. de hæret. & tot. tit. C. de Ap. post.* Mahometanam, Turcarum, Judaicam: & demùm dari Falsas in Ecclesia Hæreticorum, & nullam propemodùm esse Atheorum. Ex quibus tum Veteres & recentiores recenset. Et quidem quod Veteres attinet, Arianismum, Pelagianismum, & c. quod hæreses sint, in eo conveniunt passim Christiani Theologi. Ex recentioribus autem num & pro hæreticis vel schismaticis habendi Reformati & Calviniani, seu Pontificii, vel deniq; Syncretistæ & Calixtiani alteriusque sectæ, Quæri solet ab hisdem Theologis & Et ne falcem in alienam messem mittamus, hanc quaestionem quoad forum conscientia Cathedræ Theolog. remittim⁹, Quoad forum soli & pœnam hæreticis à Magistratu seculari infligendam, putamus eos pace Religionis munitos & communi hæreticorum catalogo non inferendos. *Osnabrugscher Friede. Art. 7.* Quæ pace Osnabrugensi præter Pontificiam & Lutheranam Religionem Reformati quoq; in pacis Religiosæ communionè recepti. Præter quas tres tamen nulla in Imperio recipi vel tolerari debet *dist. pac. art. 7. §. 1. in fin.* Quid autem de doctrina sit Syncretistarum habendum, ut puto, feliciter demonstrarunt *Beat. Dn. D. Job. Hülsemannus, Dn. D. Jacobus Wellerus, Socer meus usq; ad Spiritum vite extremum desideratissimus & Dn. D. Calovius in Scriptis suis Anti-Calixtiniæ.*

Nostrum est jam ad pœnas hujus Criminis & Judicem brevissimis nos convertere; Pœna duplicis sunt generis, alia Juris Canonici, v. c. Excommunicatio, degradatio, ultimum supplicium, sepul-

sepultura denegatio; Alia Juris Civilis, quod desinant esse Cives Romani, ad nullos honores & dignitates admittantur, omnibus privilegis exuantur, admittitur hæreticis testamenti condendi factio, nec non legatorum & hæreditatum acquisitio, quibus pænis refertus est *Tit. C. de heret. & Manich.* ad quem titulus vide omnino, *Anton. Perez. Gilken. Anton. Fabr. nec non Johan. Brunnem. & Wes.* Ex quibus hodie pleræq; arbitrariæ sunt. Quod attinet ultimum supplicium *l. 5. C. de heret.* quod Pontificii pro igne explicant ex *Johan. 15.* Huic pænæ in foro Lutheranorum non subscribitur, nisi vel blasphemus sint hæretici vel seditiosi de quibus vide *Benedict. Carpzov. Pract. Crim. part. 1. quest. 44. num. 20. & seqq. num. 49. & seqq.* Mitius agitur cum Schismaticis, i. e. cum iis, qui in articulis quidem fidei conveniunt, unitatem autem & Ecclesiasticam pacem separare tentant, quorum pæna arbitraria est *Petr. Theod. Colleg. Crim. Disp. 5. th. ult. lit. E.*

II Quod deinde attinet Judicem in hæresibus & schismaticis. De Jure Canonico quidem cognoscitur qui Ecclesiæ præest, de iis Criminibus, seculari autem executio datur si ultimum sit supplicium *c. ut inquisitionis de heret. in 6. Perez. ad C. b. r. n. 2.* In nostris autem terris Principes, qui Jura Episcopalia exercent mediantibus Consistoriis Ecclesiasticis de illis cognoscunt causas, pro arbitrio etiam interdum seculari manu puniunt. Cum Principibus & Statibus Imperii competat hæc Jurisdictio & religionis quoque tutio. Vide nuper in lucem editum tractatum operâ *Abasverii Friesbii, Antonii Fabri Cancell. quondam Rudolfsadiens. de RELIGIONE Regendâ in Rep. nec non Bened. Carpz. tract. de L. R. German. Num. Cuna Religionis propriè ad Imperatorem spectet, c. 2. sect. 1. Limneum Jure Publ. de Relig.*

12 Eadem, quæ hæresis pæna quoque est Apostasiæ, i. e. deflexio nis à fide Christiana *Petr. Theod. Colleg. Crim. Disp. 5. th. 9.*

Denique & ultimæ species Crim. L. M. Divinæ Perjurium est de quo *l. 2. C. de Reb. Cred.* agitur, quo Crimine Deus gravissime offenditur ejus tamen pæna arbitraria est; de quo fortassis alio dabitur loco disserendi occasio. *Vid. Bened. Carpzov. Pract.*

Crim. p. 1. quest. 46. & 47.

DIVINÆ MAJESTATI GLORIA,
HUMANÆ PAX PERPETUA!

AB: 153595


X2617270

R

Vb 17







10

Q. D. B. V.
COLLEGII CRIMINALIS PUBLICI
DISSERTATIO SECUNDA
De
**CRIMINE LÆSÆ
MAJESTATIS DIVINÆ
ET HUMANÆ.**

Quam
Magnifici Jctorum Ordinis permiffu

In
ACADEMIA WITTENBERGENSI,
PRÆSIDE

Viro Nobiliffimo Excellentiffimo, & Consultiffimo
DN. WERNERO THEODORO MARTINI,
J. U. D. & PAND. P. P. CELEBERRIMO, CONSI-
LIARIO ELECT. SAXON., CURIÆ ELECT. CONSI-
STORII ECCLESIAST., FACULT. ET SCABIN.
ASSESSORE GRAVISSIMO, p. t. DECANO
SPECTABILI.

Fauctore & Promotore ftudiorum fuorum obfequiofo cultu
devenerando.

Publico examini fiftit

JOHANNES GEORGIUS PFLUG/
Eqv. Mifn.

In Auditorio Jctorum,

ad d. Jan.

WITTEBERGÆ, LITERIS MICHAELIS Wendi / Anno 1666.